

1677.

1. Bechmann, Joh. Volk: De delictis poena gladii caerem.
dis.
2. Bechmann, Joh. Volk: De civitatis ex mutuo obliga-
tione ad l. civiles. 37 7. de reb. credit.
3. Falckner, Johann Christoph: De eo, quod iustum est circa
infamiam.
4. Falckner, Johann Christoph: De infirmitate eiusque
poena in civibus.
5. Falckner, Joh. Christophorus: Jus deliberandi . . .
6. Falckner, Joh. Christoph: De salariis praecipue vero
pastorum
7. Friesen, Johannes Bernhardus: De periculo rei venditae
et nondum habitae.
8. Friesen Johannes Bernhardus: De advocatorum inhabiti-
tate
9. Friesen, Joh. Bernhardus: De citatione reali . . .
10. Lyncker, Nicolaus Christophorus: De beneplacito.
2 Sempl. 1677-1743

1677.

12^a ^{al} Lynckerus, Nicolaus Christophorus: De consensu Electorali

13. Muellerus, Petrus: De probatione paupertatis

14. Ritter, Jacobus: De moralitate pii, quod vocant,
mendacii.

15^a ^{ib} Roth, Henricus Balthus: De fidejussoribus delin-
quentibus. 2. Aufl. 1677^a 1745.

16. Roth, Henricus Balthus: De imperio parisi in parem.

bb.



Pr. 39. Num. 22. 25.

1677, 2^a

2

JEHOVA DIRIGENTE.
DISPUTATIO INAUGURALIS,

De

CIVITATIS EX

MUTUO OBLIGATIONE

ad

L. Civitas. XXVII. D. de Reb. Credit.

QVAM
EX DECRETO

Magnifici Jctorum Ordinis in Illustri hac SALANA

SUB PRÆSIDIO

VIRI PRÆNOBILISSIMI, CONSULTISSIMI atq; EXCELLENTISSIMI

DN. JOH. VOLK. *Bechmann*/

Hæreditarii in *Sbern, Tröbra* Jcti & An-

tecessoris celeberrimi, Consilarii Saxonici splendidissimi,

Curia Provincialis, Facultatis Juridicæ & Scabinatus Assessoris
gravissimi,

DN. Patroni ac Promotoris sui maximè devenerandi,

PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores, Privilegia & Insignia Doctoralia
ritè ac solenniter consequendi

Publicæ Eruditorum discussioni submittit

JOBST ENGELBERT HOYER,

Hervordia Guesstphalus,

Ad diem

Jun.

Anno MDC LXXVII.

Horis ante & pomeridianis.



J E N Æ,

Literis JOHANNIS WERTHERI, Typographi Ducalis.

852



V I R O

*Prænobilissimo, Amplissimo, Prudentissimo
atque Consultissimo*

DN. HENRICO FARWICH Zoegel /

**Jcto insigni, & patriæ Consuli pri-
mario meritissimo,**

V I R O

Nobilissimo, Amplissimo atque Prudentissimo

DN. JOHANNI zur Mühlen /

**patriæ Consuli itidem meritiss-
simo,**

V I R O

Amplissimo atque Spectatissimo

DN. ENGELBERT HOYER,

Mercatori Colbergæ primario

V I R O

Amplissimo atque Prudentissimo

DN. JOHANNI HOYER, Cæsa-

**reæ Postæ Præfecto fidelissimo, pa-
triæque Senatori meritissimo,**

*Dominis Cognatis, Patruo, Patri, Patronis ac Fautori-
bus suis maximè devenerandis, honorandis,*

hanc Disputationem Inauguralem


officiosè ac observanter offert, dedicat, & consecrat

J. E. HOYER.



D. N. A.

INTROITUS.

 Uemlibet, qui contractus celebrandi facultatem habet, ex mutuo obligari primis labiis nostra degustanti jura non incognitum esse arbitror, nisi speciali forsan privilegio juris sit munitus, ut in certis casibus non obligetur, vel certè illam obligationem possit elidere exceptione aliqua. Quali privilegio gaudent filii familias, minores, Ecclesiæ & civitates. Ac primò quidem filiusfam. si mutuam pecuniam absque consensu patris acceperit, non tenetur in effectu ad restitutionem; ne post mortem quidem patris, quia potest opponere mutuatori exceptionem S^Cti Macedoniani, quo concessum est ei, ut mutuum acceptum non teneatur solvere, *uti constat ex ff^orum & Cod. tit. ad S^Ct. Maced. vid. Gomez. tom. 2. c. 6. n. 2.* Secundò, si tutor nomine pupilli, vel curator nomine minoris mutuum acceperit, non tenetur ille postea etiam major
A factus

factus solvere, nisi creditor probaverit id in
ejus utilitatem esse versum, uti communiter
Doctores *ad L. 3. C. quando ex fact. tut. vel
curat. min.* Tertiò, sic nec Ecclesia ex mutuo
tenetur, nisi versio facta fuerit, de quo fuse a-
pud Panormit. *in c. Quod quibusdam x. de fi-
dejus.* de quibus infra. Nec quartò, pari mo-
do civitas est obligata ex mutuo, si nulla ver-
sionis in ejus utilitatem probatio fieri possit.
per L. famosissimam Civitas. 27. ff. de reb. cred.
à Doctoribus vexatissimam dictam, in cujus
enodatione & enarratione sudando ultra mo-
dum ita se involvunt Doctores, ut ex illo La-
byrintho disputationum vix ipsimet sese ex-
tricare valeant, *uti testatur Coler. in proc. Exe-
cut. p. 2. c. 3. n. 348. in f.* Cum autem hoc ca-
lamitoso ac depauperato statu hujus Legis ma-
teriam in praxi occurrere, ut hæ sæpissimè pro
se vel pro dominis suis, vel mutuam sumant
pecuniam vel intercedant, & inde non rarò in
controversiam vocari solere senserim, an &
quatenus civitas ex contractibus ejusmodi te-
neatur, me operam non perditurum arbitratus
sum, si hanc practicabilem Legem in solen-
ni ac inaugurali mea Disputatione Pro Licentia
honores ac privilegia Doctoralia impetrandi
enodarem, & quid juris in hisce casibus confi-
dera-

derarem. Quod ut feliciter procedat D.T.O.M.
humillimis veneror precibus pro scopo felicis-
simè consequendo. Ut autem eò melius hæc
ardua materia cognosci possit, Legem hanc per
quatuor partes distinctas tractandam hasq; rur-
sus in capita dividendas operæ pretium duxi.
Quarum prima pars explicabit generalia
quædam ad ipsam legis explicationem ejus-
demque sensum penetrandum pertinentia. Se-
cunda tractabit tres positiones principales, in
quibus tanquam anima legis consistit. Tertia
aget de probatione versionis in utilitatem.
Quarta habebit quæstiones miscellaneas circa
hanc materiam obvenientes, contraria, & affi-
nia.

Verba Legis Civitas 27. ff. de reb. cred.

Ulpianus l. 10. ad Edictum.

*Civitas mutui datione obligari potest, si ad
utilitatem ejus pecunia versa sunt: Alioquin
ipsi soli, qui contraxerunt, non civi-
tas, tenebuntur.*

PARS I.

Comprehendens generalia quæ-
dam ad ipsius legis explicationem, ejusdem-
que sensum penetrandum per-
tinentia.

A 2

CAP.

CAP. I.

De

Authore & Inscriptione hu-
jus legis.

- I**nscriptionis ab initio enodationem aggressurus duo in ea reperio, nempe Authorem & Librum unde desumpta hæc *Lex Civitas*. Authorem hunc quod attinet, est ille Domitius Ulpianus Jctus tunc temporis sc. seculi tertii haud infimi subsellii originem suam ducens ex Syria Phænice splendidissimâ Tyrriorum Colonia, uti ipse testatur in *l. 1. ff. de censib.* Hic post fidelem sui Præceptoris Papiniani informationem primò Alexandri Severi Imperatoris tutor, postea præfectus tam annonæ, quàm prætorii. *l. 4. C. de contrab. stipulat. l. 9. §. 3. ff. quod met. caus.* Consiliarius & magister Scrinii. ï. e. à consiliis primus factus, prout tradit *Eberlin. in tr. de Orig. Jur. c. 52. n. 3. & Forster. l. 2. histor. J. C. Rom. c. 77. n. 1. p. 508.* Hinc principem consiliariorum viginti eum nominat *Forst. d. l. n. 4.* in quorum numerum neminem, nisi peritum, admissum fuisse denotat. *l. 2. ff. quod quisque jur.* quibus Alexander quoties de jure & negotiis aliis tractaret, semper usus est, secundum *Pezel. ad Sleidanum in multif. histor. p. 2. de vita Alexandri p. m. 206.* Ex hisce verò Ulpianum magni æstimavit, ita, ut non solum amicum eum in *l. 4. C. de contrab. & committ. stipul.* & parentem nominare non detrectaverit in *l. 4. C. de loc. & conduct.* sed & in tumultu militari purpurâ suâ eum texerit, militesque represserit, qui in eum impetum facturi erant, juxta *Eberlin. & Pezel. l. c.* Imò ut præter illum solum neminem ad se admiserit, nisi illum de illo prius rogari jusserit, ut refert *Lamprid. in vita Heliogab. p. 200.*

& vi-

Et vita Alexandri p. 618. Ex quibus ipsius Excellentia & 4
præstantia facile elucescit, quæ verò, cum Ulpianus
noster multa, minùs rectè à Sardanapalo facta, in-
melius reformasset, Flavianum Chrestemque occidisset,
ut eis succederet, non multò post à Prætorianis de nocte
eum invadentibus An. 226. juxta Euseb. morte sublata est.
teste *Forstero d. l. n. 8.* Non solum hic ab Alexandro ejus- 5
modi laudibus evectus, sed & à multis aliis Jctis, prout
apparet ex *l. 2. §. ult. ff. de Excusat.* ubi appellatur nobi-
lis, appellatur & nobilissimus in *l. 4. in f. eod.* Sapientis-
simus in *Nov. 97. C. ult.* Prudentissimus in *Const. ac E-*
mendat. Cod. §. supra dictis in f. Et l. 11. C. de question. O-
ptimus in *l. 2. §. 2. ff. qui pet. tut. l. cur. l. 2. in f. Et l. 4. ff.*
de Excusat. item Jctorum Princeps in *l. 13. eod.* etiam
disertissimus, summi ingenii vir & simil. quos omnes tex-
tus huc adducere forsan tædiosum esset. Omnia autem 6
hæc encomia ab adulatoribus ipsi non attributa præclara
scripta nobis testimonii satis præbent, quorum cata-
logum nostri instituti non esse putamus recensere, pote-
rit autem videri apud *Eberlin. l. c. à num. 4. usque ad n. 19.*
inclusivè. Inter reliqua scripta edidit quoque octua- 7
ginta tres libros ad edictum perpetuum, quibus præ aliis
libris cum *Duareno in Disput. annivers. l. 1. c. 55.* vocante
eos fontem omnis juris tam publici, quàm privati, pal-
mam concedimus, præcipuè ob accuratam & exactam,
eorum elaborationem, ordinem ac methodum ad do-
cendum accommodatam, adeò, ut veteres Jcti ante Ju-
stinianum de Jure Civili scriptores sibi hanc imitandam
proposuerint, uti testatur *Hermogenianus in l. 2. ff. de stat.*
bon. Et ipse Tribonianus cum suis collegis in pandecta-
rum compositione jussu Justiniani in *l. 1. §. 5. C. de vet.*
jur. enucl. his verb. omne jus nostrum digeratis &c. Non

- solùm ordinem & dispositionem , sed res ipsas ab illis Tribonianum mutuassee tradit. *Duar. l. c. Eberlin. d. l. n. 12.* quod & probant infinitæ leges cum hac inscriptione *Ulpianus ad edictum*, quarum numerum ex singulis Ulpiani libris, exceptis duobus ultimis *Eberlin. per aliquot paginas d. l. n. 14.* collegit. Hæc de authore. Sequitur edictum perpetuum, ex eo dictum perpetuum, quod olim edicta omnia tam urbana, quàm provincialia saltem annua essent, cum ipso magistratu, qui annuus erat, finirentur §. 1. *Inst. de perpet. & temp. act.* hæc planè perpetua, uti infra. Annalia hæc in §. *Prætorum 7. I. de J. N. J. & C.* non modicam juris auctoritatem obtinere dicuntur, non autem similem legi, ut Plebiscita, Sæta & principum placita, ut ita ipsa legis nomine non veniant per §. 2. *J. de bon. poss. & l. 3. ff. si usufr. pet.*
8. Non obstat *l. 1. §. 2. ff. unde cognat. & Paulus l. 3. sentent. t. 3. à Gothofr. ad h. l. cit.* ubi edictum annuum venit sub nomine legis, sed hoc propriè non fit §. 2. *I. de bon. poss.* ut & §. *Prætorum 7. cit.* est quidem edictum hoc pars juris, sed non pars legis; cum propriè à jure prætorio jus Civile perpetuò sit distinctum secundum *Eberlin. c. 10. §. 4. in f. p. 82. d. tr. de orig. Jur.* Edicta hæc dicuntur annua, non quasi post annum pro abjectis habeantur, sed quatenus etiam observari cœperint cum Jur. Civ. conjungi & perpetua dici secundum *Sithmann. ad Inst. l. 1. t. 2. p. 54.* Origo horum videri poterit ex *l. 7. §. 1. ff. de J. & J. & l. 2. §. 10. ff. de Orig. Jur.* Sunt edicta hæc annua etiam temporalia, vel perpetua, quæ distinctio venit ex *l. 7. ff. de jurisd.*
9. Temporalia, quæ etiam peculiariora dicuntur, sunt programmata, quæ certi negotii oborti causa proponuntur, scil. ut aliquis certo tempore compareat, ne quis frumentum ex area tolleret, tum & illud, quo Prætor adven-
- tum

tum suum provincialibus significabat per *l. 4. §. 3. ff. de
off. proconf.* Perpetua sunt, quæ à Prætore perpetuæ juris- 14.
dictionis causa proponi dicuntur ab Ulpiano in *l. 7. cit.*
nimirum quod prætores inito magistratu proponebant,
quo denunciabatur, quemadmodum anno suo jus dictu-
ri essent. Paulò aliter *Zaf. ad tit. de act. §. pœnales 40.*
hæc perpetua explicat, ita scil. quod temperent Juris
Civilis duritiem, per quæ ad æquitatem sint redacta,
quæ in toto jure versantur, sc. in commodato, in deposti-
to, in negotiis gestis, in mandato, & in infinitis aliis, &
hæc usque adeo dicuntur perpetua, ut, si possibile foret
etiam hodie durarent affixa, cum quibus verò nostrum
edictum perpetuum, cujus in inscriptione mentio fit,
non convenit, & probe distingui debet. Cum perpe- 15.
tuum in jure nostro variè accipiatur, interdum pro de-
cennio, interdum pro centum annis, interdum pro 14.
annis, ut in absentia tutoris. *l. 28. §. f. & l. 29. ff. de Excu-
sat. tut.* interdum quoad durationem, ut in vestimento
perpetuo, in ovibus perpetuis, ut in contractu socidæ, de
quo vid. *Lexic. jur. sub voc. perpetui*, quæ omnia ad edi- 16.
ctum nostrum perpetuum non pertinent: Quod eâ ratio-
ne dicitur perpetuum, cum, quod primò annuam habe-
bat auctoritatem, jam perpetuam acceperit per *L. Corne-
liam*. Cum enim annuorum illorum edictorum ingens 17.
multitudo & variatio, aliàs in jure quæ odiosa, animad-
verteretur Anno urb. C. 686. juxta *Eberlin. d. l. n. 8. Cor-
nelius Tribunus Dione authore legem tulit. lib. hist. Rom. 36.
p. 12. in f.* ut omnes imposteriorum Prætores ex edictis non
suis annuis, sed perpetuis jus dicerent, qua lege Præto-
rum auctoritas valdè minuta. Ex quo primò initium 18.
cœpere edicta fieri perpetua in summa connexitatis ta-
men & ordinis confusione, quam tollendam ac remo-
ven-

vendam omnium primus Servius Sulpitius, deinde Aulus Offilius in se susceperunt, sed parum felici progressu, donec Salvius Julianus auctoritate & mandato Hadriani Imperatoris Anno Christi 121. juxta *Sithman. d. l. p. 55.* feliciori successu rem absolverit, ita ut ea, quæ usquam in Prætorum edictis egregia & utilia in harmoniam aptaverit, & in unum quasi corpus & compendium universæ Jurisprudentiæ Romanæ centum libris constans congerisset, quod deinde venit sub nomine edicti perpetui, ut ab hoc tempore jus honorarium perpetuum & immutabile esset, à prætoribus postea in jure dicendo observandum. Ad
19. cujus edicti interpretationem mox animum appulit cum aliis Ulpianus noster, qui tot, uti dictum, libros ad illud scripsit, ex quibus multæ & infinitæ leges in corpore nostro inveniuntur cum inscriptione. *Ulpianus ex L. 10. Ad edict.* uti testatur & nostra *L. Civitas.*

CAP. II.

Quid per Civitatem hic intelligatur.

Prima vox in L. nostra occurrens est Civitas, per quam quid intelligi debeat, Doctores inter se planè non conveniunt: Hinc in jure privato & publico varias habet
1. denominationes & diversimodè accipitur. Primò enim latissimo suo significato pro toto reip. alicujus corpore, quo sensu omnes illi unius ejusdemque civitatis esse dicuntur, quos una eademque imperii majestas subjectos sibi per omnes Imperii & Regni provincias habet. *Aristot. 3. polit. 6.* Sic in *l. 7. ff. de stat. hom.* hodie omnes cives Romani dicuntur, qui Romano parent Imperio. (2)
2. Accipitur pro jure Civium, seu Civitatis, quod cives habent, juxta *Kircher. de rep. Disp. 7. d. 1. lit. A.* Unde hoc
quod

quod ex Claudii Imperatoris oratione ap. Tacit. cognoscimus, civitate Romana aliquē donare, einem das Bürgerrecht schenken. Olim magni momenti res fuit, si quis civitate Romana donatus fuerit, ita ut Claudius, peregrinos Romanā civitate utentes, securi percuti iusserit, *Zaf. ad l. 2. de Orig. Jur. Add. Matth. Webn. in observat. pract. sub voc. Bürgerrecht. & Limn. de Jur. publ. l. 7. c. 1. n. 7. & 12. Webn. adhuc sub voc. Stadtrecht/* ubi etiam habet reservatum hoc Imperatoris, scil. jus civitatis condendæ & constituendæ, arg. *l. 1. C. de metropol. Limn. de Jur. publ. l. 2. c. 9. num. 129.* exemplum recenset. (3) Denotat multitudinem seu communionem civium gratia vitæ, ut quam maximè fieri possit, optimæ: Licet verò multi sine adhibito magno delectu admissi in civitate sint, populosam quidem, non autem magnam civitatem faciunt, conf. *Zaf. dict. loc. in pr.* (4) Sumitur pro Consulibus, Regentibus & Administratoribus, qui plerumque civitatem repræsentant. *Webn. sub voc. Städte/ & ab illis quod factum, dicitur à tota civitate factum, uti testatur Gratianus in Disceptat. forens. tom. 1. c. 196. n. 20.* (5) Sumitur pro muris, moeniis & domibus à lapidibus & lignis constructis, juxta *Webn. d. l. & Limn. d. c. 1. n. 10.* (6) Pro societate hominum, qui in uno agro & tractu habitant, iisdemque legibus & institutis reguntur, quæ acceptio congrua est legi nostræ.

Definiri itaq; ita hic posset, (quàmvis pro ratione materiæ interdum aliter, cum DD. valdè circa definitionem discrepent.) Quod sit multitudo seu unitas civium in hoc collecta, ut jure societatis vivat optimo. ad *Zaf. d. l. in pr.* Non verò attendimus, uti vult *Bald. ad L. ex hoc jure ff. de J. & J. Panormit. in c. 1. n. 1. sub f. de privileg. & excess. pralat. add. hic Gudelin. de J. Nov. c. 4. p. m. 364. an in ci-*

vitate sit Episcopus an non, cum *Limn. l. c. n. 16. & Alcia-*
 8. *to in c. pernitios. de offic. jud. ord.* Nec multum dicimus de
 differentia Oppidi, urbis & civitatis, sed lectorem ad
Limn. l. c. n. 1. & seqq. remittimus, cum *Zaf. ad d. l. 2. ff. de*
Orig. Jur. inter urbem & civitatem nullam agnoscat diffe-
 rentiam, quam Canonistæ aliàs præ cæteris urgent, & pa-
 rum commodi habeat, illam tam anxie investigare, cum
 sæpè in jure hæc nomina confundi constet ex *l. 6. & 8. C.*
de edific. privat. sic Civitas pro urbe accipitur, h. e. pro
 loco, ædificiis, & structurâ in *l. 21. ff. quib. mod. ususfr. l.*
us. amit. Hinc interdicta civitate ipsum locum, non ejus
 cives, aut habitatores interdictos nonnulli concludunt
 9. *Covarruv. tom. 1. relict. c. alma pater. p. 2. §. 1. de interdi-*
cton. 8. vid. Wiss. ad tit. de V. S. Disp. 1. tb. 5. Non negli-
 gendum hic arbitror, quænam civitas eadem ma-
 neat, & non, ubi enim duæ sunt civitates, ibi alia pro
 alia non debet solvere. Ad quod dico cum *Aristotele 3.*
Pol. 3. non judicandam esse diversam civitatem factam,
 cum homines locum eundem non amplius incolunt, de
 quo & *Hugo Grotius de J. B. & P. l. 2. c. 9. §. 7. & c. 16. §. 15.*
 ubi exemplum de Romanis cum Carthaginensibus ha-
 bet; Neque existimandum aliam esse civitatem, si illi in-
 terierint, qui mutuam acceperunt pecuniam. Quem-
 admodum enim fluvios eosdem soliti sumus dicere, eos-
 demque fontes, etsi semper alia aqua consequatur, & alia
 erumpat; sic eandem quoque civitatem appellamus, et-
 iam si alii cives intereant, alii oriantur. Sed tum demum
 Civitatem mutatam esse judicamus, cum forma reip. est
 mutata. Etenim, si societas, ait. *c. l. Philosophus* quædam
 est civitas, eaque civium societas, certè, si reip. mutetur
 forma & status, civitatis etiam status mutetur necesse est.
 10. Quæ cum ita sint perspicuum est eandem civitatem ma-

ximè habita ratione reip. esse dicendam. In jure aliàs
dicitur civitas mutata, quando aratrum est inductum, uti
passa dicitur Carthago in *l. 21. ff. quib. mod. ususfr. amit.*
Non solum verò civitas seu respublica hujus legis privi- II.
legio utitur, sed & Ecclesia, quæ cum republ. in hoc casu
æquiparatur. *L. 4. C. quib. ex caus. maj. Hartm. Pistor. p. 1.*
quest. 37. n. 31. ut & harum Administratores teneantur, si
illis mutuò data sit pecunia, & versio ejus, in utilitatem
probari nequeat, æquè, ac si est comparatum cum Admini-
stratoribus civitatis in *L. Civitas. c. quod quibusd. 4. x. de fide-*
jussor. § Auth. hoc jus porrectum in f. C. de Sacros. Eccles.
Quod etiam quàm plurimi Doctores confirmant, uti
Magnif. Dn. Struvius Promotor meus maximè colen-
dus in *Syntagm. Jur. Civil. Ex. 16. thes. 20. Duaren. ad tit.*
si certum petatur cap. 3. § ult. vers. hinc etiam. add. Zas.
ad ff. de reb. cred. n. 41. § 46. Wiff. Disp. 24. th. 14. in f.
Zas. ad b. l. Civitas. n. 8. Hartm. Pistor. d. l. n. 24. Cöler.
in process. execut. p. 2. c. 3. n. 352. § 353. Gratian. in discept.
for. t. 1. c. 196. n. 6. Fachin. Controvers. jur. l. 2. c. 76. § 77.
Gædd. tract. de reb. cred. c. 2. conclus. 12. n. 282. § alii. De- 12.
inde & vocantur ad hujus *L. Civitas* beneficium quoque
omnes alii loci venerabiles, ut Nosocomia, Hospitalia,
Claustra, Monasteria &c. à quibus, si mutuum pe-
tatur, debet etiam fieri probatio versionis in eorum uti-
litatem, sc. si administratoribus eorum datum sit mutuum.
juxta Duar. d. l. § Auth. cit. Hoc jus porrectum. C. de SS. Eccl.
ubi expressa habentur verba, quæ hæc sunt: *Hoc jus porre-*
ctum est ad omnem venerabilem locum, omneq; collegiū, quod
actio pia constituit. Uti etiã videri potest ap. *Bald. ad b. Auth.*
add. Gædd. d. l. Gratian. d. l. n. 5. § seqq. usque ad n. 11. ubi
optimè hæc tractavit. Extenditur porrò hoc beneficium
ad omnes alias universitates non adeò magnas, ut villas 13.

pagos aliaque corpora quæcunq̄ universitatem consti-
tuunt, & alio indigent regimine, vel administratorem ha-
bent, uti *Magnif. Dn. Struv. d. l. Bartol. in nostram L. Civitas.*
n. 8. & 11. Hartm. Pistor. d. l. n. 26. Gæd. de reb. cred. c. 2. concl.
10. n. 242. & Zas. ad h. l. n. 6. Si verò sex, vel plures, minusve
simul habitarent, & contribuerent, sibi que administrato-
rem constituerent, ut pluribus locis, præsertim in magnis
civitatibus, fieri solet, non diceretur collegium pium, sive
universitas, cum à privato hi saltem dependeant, & ita ra-
tio cesset, quæ in qualibet alia communione, universitate
& corpore seu civitate, Ecclesia, & loco pio, in quibus
omnibus cum eadem adsit ratio, idem quoque jus ipsis
14. tribuendum, uti Doctores ad h. l. volunt. Quod & mo-
net inscriptio nostræ *L. Civitas*, quæ descripta est ex *L.*
10. Ulpiani ad edictum, in qua, ut & in *l. 15. 17. ff. de V. S.*
ostenditur, quod egerit de civitatū, universitatum, & alio-
rum collegiorum promiscuo jure, obligatione, ac rebus,
ut ita civitatis in nostra *L. Civitas* mentio fiat tantum ex-
15. emplii gratia, juxta *Gædd. d. l. n. 243.* Quot autem ad pro-
batum collegium seu universitatem constituendam ad
minimum requirantur, patet ex *l. 85. ff. de V. S.* scil. tres
ita ut unus qui superstes est, conservet jura totius
collegii *l. 7. §. f. ff. Quod cujusque univers.* Ex quo dedu-
citur, ut unus in facultate juridica de jure respondere, &
Candidatum promovere possit. juxta *B. Dn. Brunnem. ad*
16. *π. Wes. qu. 3. Quod cujusq̄ univers.* Huc etiam referri vo-
lunt Doctores Collegia Opificum administratorem ha-
bentia, quæ eodem legis favore non indigna censenda
sunt, uti confirmat *Magn. Dn. Struv. Ex. 16. tb. 20. & Glos-
sa ad L. Civitas.* Consentit *Gratian. in disceptat. forens. tom.*
1. c. 196. n. 2. Nec video dissentire *Zas. ad h. l. n. 6.* cum
ibi non agat de collegiis opificum, sed si tres pluresve
con-

contribuerent, & simul cohabitarent hujus legis beneficio non uterentur, de quo supra. In Jure publico & privato etiam notum, hæc collegia applausum non habere ab omnibus, propter secessionem à tota civitate s. universitate, restrictionem communis mercandi seu negotiandi libertatis, (qua Belgæ non sine fructu fruuntur) & plerumque propter frequentes, ut fit, collegiarum commessationes. *l. 15. C. de Episc. & Cler.* Nec amplius ibi permittitur, quàm uni interesse collegio, unde, si in duobus fuerit, alterum derelinquere, & unum, in quo magis esse velit, eligere tenetur per *l. mandatis 1. §. 2. ff. de Colleg. illicit. L. 17. §. 5. ff. ad municip. c. 15. x. de præbend. add. Colleg. Argentorat. de Colleg. th. 11. n. 1. & th. 12. n. 2.* quam sententiam confirmat *B. Dn. Brunn. in decis. c. 2. dec. 65.* ubi extendit hoc ad officia, si ex singulis sustentare se quis possit. Et ille, qui in aliud collegium transit, videtur priori renunciare. De quo *Christin. vol. 5. decis. 164. n. 13.* Denique 17. hoc Legis beneficium ad Principis, ejusque Fisci administratorem mutuum contrahentem, & ad totius Provinciae *Cassam*, si hujus administratores mutuum contrahant, applicari potest, quia nemo ex administratorum culpa damnum sentire debet. Tantum de primo vocabulo legis, sequuntur verba sequentia *in c. 3. examinanda.*

CAP. III.

De

Mutui datione civitatis & pecunia.

Post explicationem vocis Civitatis, sequitur *mutui* vocabulum, quod in *ff. de reb. cred.* appellatur creditum sive in creditum ire, i. e. mutuare *l. 2. §. 1. ff. de reb. cred.* Hoc
B 3 verò

verò latius est, ac mutuum, uti probatur *l. 1. pr. ff. d. t. De*
 horum differentia nil differam, cum etiam huc non per-
 tineant, sed remitto me *ad Gædd. in tract. de reb. cred. in*
prolegom. n. 5. Comprehenditur enim mutuum *in ff. de*
Cod. sub tit. de reb. cred. vid. Magnif. Dn. Struv. Ex. 16. th.
 2. *ii.* Requiritur præcipuè ad contractum mutui rei tra-
 ditio à domino facta ei, qui mutuum rogat, quoniam est
 contractus realis, qui demum producit actionem post
 factam traditionem, non post consensum, qui aliàs etiam
 est de substantia hujus contractus, nec tamen efficit con-
 tractum consensuale, quoniam non consensu, sed rei
 fungibilis traditione demum dicitur perfectus, ita, ut
 alterum sibi obligatum reddat, qui, licet consenserit, ta-
 men ante traditionem poenitere per *l. 30. ff. d. t. Dn. Struv.*
Ex. 16. th. 19. & non cogi potest, ut pecuniam vel rem a-
 liam fungibilem mutuo petitam accipiat, cum ab initio
 omnes contractus sint voluntatis, & ex post facto de-
 mum (sc. si alteri competat actio, quod hic negatur) sint
 necessitatis, ubi tamen observari debet, an alterius in-
 teresse non versetur, qui jam paratus est ad mutuò dan-
 dam petitam pecuniam, quod, si probaverit, compe-
 tit ipsi actio adversus retractantem implere contractum,
 & recusantem accipere pecuniam, quam antea petiit,
 quamvis mutuum nondum adsit, & ita conditio certi
 quidem non competat, si stipulatio intervenerit, ex sti-
 pulatu, si dolus, actio de dolo, ut *Duaren. de reb. cred. c. 2.*
 3. *in pr.* Fit ergò mutuum per traditionem dominii à vero
 domino, ita ut fiat accipientis, unde mutuum etiam di-
 citur, quod ex meo fiat tuum. *l. 2. §. 2. ff. d. t. quod nega-*
 4. *tivè, non affirmativè optimè procedit.* Sunt quidam
 dubitantes, an reverà in mutuo fiat alienatio, & transfe-
 ratur dominium, cum perpetuò hoc non fiat, nec animo

re-



repetendi seu restituendi, quos bene refutat in tri-
bus Disputat. contrariis argumentis solutis. *Wissenb. in*
Diatribes de mutuo. Requiritur etiam ad essentiam mu- 5.
tui res fungibilis, quæ numero pondere & mensura con-
stat. *Ludwel. Diss. 11. ad Inst. th. 5. in Exeg. lit. A.* Functio-
nem verò recipere dicitur, ejusdem utilitatis, valoris &
effectus, cujus fuit res in contractum deducta, præstatio.
Sutholt. Diss. 12. §. 8. Hisce præsuppositis definitionem 6.
mutui à *Magnif. Dn. Struv. Ex. 16. th. 5.* mutuare lubet, sc.
quod sit contractus realis, quo res in pondere, numero,
& mensura consistens, adeoque fungibilis, in hoc datur,
ut accipientis fiat, & tantundem ejusdem generis & qua-
litas reddatur. Non omittendum hic quod in L. Civi-
tas dicatur quidem de mutui datione, quod vocabulum
hic passivè accipi debet, i. e. cum civitati datur mutuum:
Sic enim omnia verbalia in iō activè & passivè accipiun-
tur, juxta materiam subjectam ut pulchrè notavit *Valla in*
eleg. cit. à Zas. ad h. l. n. 5. in casu L. nostræ activè accipi non
posse, si civitas sc. dederit pecuniam alicui, poterit videri
in *part. ult. c. ult.* Hisce subsequitur vocabulum *pecuniæ,* 7.
quod In jure etiam variè accipitur, interdum pro omni-
bus rebus tam mobilibus, quàm immobilibus, tam cor-
pora, quàm jura continentibus. *l. 222. ff. de V. S.* Pecuniæ 8.
vocabulum non solum, inquit *Ulpianus,* numeratam pe-
cuniam complectitur, verum omnem omninò pecuniam
h. e. omnia corpora, nam corpora quoque pecuniæ ap-
pellatione contineri, nemo est qui ambiget. *l. 178. de V. S.*
Imperator Justinianus comprehendit eo vocabulo non
solum res fungibiles, sed omnes res, quæ in stipulatio-
nem deduci possunt. *l. 2. C. de constit. pec.* interdum et-
iam omnia jura hæreditaria complectitur. *l. 50. ff. de V. S.*
O. l. 36. ff. de pecul. l. 20. §. 1. ff. de stipul. serv. & in l. 5. ff. de V. S.

venit sub nomine omnium, quæ sunt in patrimonio nostro. Strictiùs verò accipitur pro numerata saltem pecunia, quo modo pecuniam in venditione exigimus, uti & in locatione operis. *l. 5. §. 2. ff. de præscript. verb.* quod in locatione indistinctè affirmat. *Habn. ad Wesf. de locat. n. 7.* Ratio diversitatis est, ut, si in illa locatione interverit pecunia, foret contractus innominatus do ut facias, pecunià verò data, est locatio. *per alleg. l. 5.* Strictissimè sumitur pro solis nummis, & signato ære, auro & argento. in *l. 4. §. 1. ff. de reb. cred. l. 7. §. 3. ff. ad Sct. Maced.* Sed omnes hæc acceptiones ad hanc in lege nostra explicationem non quadrant, cùm ibi propriè pecuniæ vocabulum accipiatur, ut eas duntaxat res contineat, quæ pondere, numero & mensurâ constant, uti patet ex *l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. Duar. de reb. cred. c. 2. §. 3. & §. 2.* ubi hæc verba quid sibi velint examinat: & in *Disput. anni versar. l. 1. c. 14. probatur ex ull. l. 2. §. 3.* Confirmat hoc *Scotan. in Disp. ad dig. 29. th. 11. Zas. ad b. l. m. 4. Gædd. tr. de reb. cred. c. 2. n. 245. & Hartm. Pistor. p. 1. quæst. 37. n. 27.* Post hæc lubet eximiam hic addere & examinare quæstionem; An in aliis contractibus, ut in emptione, locatione, societate, &c. hoc beneficium Legis, universitatibus competat? Quod, cum jus admodum singulare sit, & recedat in eo à communi contractuum natura simpliciter, negat *Costal. adversar. p. 3. ad b. l.* Cui accedit *Scotan. in Disp. ad ff. 29. th. 11.* Confirmat hanc sententiam non procedere hanc legem in aliis contractibus. *B. Dn. Brunnem. c. 5. decis. 99.* ubi casus talis est. Civitas pro principe fidejusserat, cum jam creditor urgeret solutionem, civitas excepit, illud debitum in utilitatem civitatis non esse versum. Ergò. Civitatem non teneri per *L. Civitas.* Ubi contra civitatem etiam responsum, quasi locum non

non haberet in fidejussione hæc Lex. Ex illo fundamento autem non procedit dicta sententia, sed ex hoc, ut civitas ipsa contraxerit, vel fidejusserit, quo casu speciali jure non gaudet, uti videri potest in *p. 2. c. 1.* diversum autem est, an civitas ipsa contraxerit, an ejus administratores de quo hæc *L. Civitas* loquitur. Allegat Dn. Brunnem. pro 12. confirmanda sua sententia inter alios. *Hartm. Pistor. quest. 37. n. 51.* ubi dicitur, in aliis contractibus hanc legem non procedere, postquam tractaverit in prioribus de hujus legis ampliatione, & quidem *n. 29.* ubi expressè habet, quod non solum hoc in mutuo, sed & in fidejussionibus obtineat. *per c. quod quibusdam x. de fidejuss.* cum quo consentit *Gædd. d. tr. n. 247.* addit porrò *Hartm. Pist. d. l.* non solum procedere in fidejussione, sed & deposito & omnibus aliis contractibus, qui utilitatem saltem contractantis, non autem civitatis etiam concernunt. *per text. c. 1. x. depos.* vid. pro hac sententia *Dn. Struv. Ex. 16. thes. 23.* rectius statuens in similibus etiam locum habere, ut in fidejussione, deposito & emptione annuorum reddituum, de qua verò dubitat. *Heig. p. 1. quest. 34. per tot.* pro & contra de hac disputans, & *n. 8. & 9.* procedere in emptione reddituum negat, quoniam ibi contractus planè diversus sit à mutuo, & utriusque ibi versetur utilitas. add. *Richter. decis. 71. n. 7.* In aliis verò contractibus præter hos numeratos aliter se habet, ut ibi probatio versionis nulla requiratur. Licet quidam hoc æstimarint auctoritate *Glossæ in l. 1. C. de vendend. reb. civit.* ad quam 13. legem respondet *Gædd. dict. tr. n. 281.* add. *Köppen. decis. 60. n. 10. vers. Tertio declaratur.* *Menoch. de arbitr. jud. quest. l. 2. cas. 432. n. 7. & 8.* *Mascard. de probat. p. 3. concl. 1160. n. 19. & seq. & Carpz. in Jurispr. for. c. 6. def. 20.*

C

CAP.

CAP. IV.

De

Versione in utilitatem.

1. **U**Ti minor absque vel cum Curatore nec in iudicio ullo modo validè obligatur, ita, ut non gaudeat beneficio restitutionis in integrum, (etiamsi contra curatores, qui rem malè administrarunt, personalem habeat actionem *l. 3. C. si tut. vel curat. interv. non obstante l. 16. ff. de min.* Quod extraordinarium hoc remedium cesset, si adsit ordinarium : Resp. enim hoc verum esse, si adversus easdem personas concurrant, non si circa diversas, ubi tunc etiam diversa est ratio, uti hic, ubi ordinarium datur contra curatorem, extraordinarium contra illos, cum quibus contractus celebratus) nisi obligatio oriatur ex re ipsa, quoniam tunc uti nemo cum alterius damno debet fieri locupletior, ita nec minores. *l. 3. C. qn. ex fact. tut. l. curat. l. 206. ff. de R. J. & l. 14. ff. de condict. indeb.* Si in illorum utilitatem res versa sit. *per l. 1. & 2. C. si advers. credit.* ubi dicitur. Quod si pecunia in rem minoris versa non sit, ipsi competere beneficium restitutionis in integrum. Sic etiam pari modo se res habet cum civitate, seu universitate, ut ita jura minorum maximè habere videatur. *l. 4. C. ex quib. caus. maj. in int.* in qua expressè hoc habetur. vid. *Gædd. d. tr. n. 242.* Sicut enim minores suos tutores, vel curatores habent, qui res eorum administrant, ita enim civitates, ex quorum contractu præsertim mutui, civitates & minores non tenentur, nisi is, qui dedit mutuò pecuniam, possit docere in utilitatem civitatis vel minorum esse versam. *l. 1. & 2. C. si advers. cred.* quæ leges ad civitatem etiam applicari possunt, quia & rempublicam ut pupillam extra ordinem ju-
- 2.

vari mortis est, l. 3. C. de jure reip. uti Duar. ad tit. si certum
pet. c. 3. §. f. verb. Minor autem. & Carpz. in Jurispr. for.
C. 6. D. 19. n. 4. 5. & 6. Imò Civitas, Ecclesiæ aliæque uni- 3.
versitates adhuc melioris sunt conditionis, ac minores,
cum neque restitutione in integrum indigeant, sed ipso
jure tutæ, si versio in ejus utilitatem probari nequeat. per
l. 1. & 2. C. si advers. cred. Zas. ad ff. de reb. cred. n. 46. Ver-
sum in utilitatem dicitur, si quid in commodum alicujus
cessit seu in patrimonium illatum, ita, ut ejus conditio
melior, non deterior inde existat. l. 5. §. 3. ff. de in rem vers.
l. 3. §. 1. eod. l. 2. ff. quod cum eo, qui in al. l. 21. ff. de dol. l. 3.
§. contractuum. ff. quib. ex caus. & l. 6. & 2. ff. d. t. de in rem
vers. v. g. si quis mutuam pecuniam creditoribus ejus
solvit, aut ædificia ruentia fulsit, aut familiæ frumentum
emit, aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus
est &c. §. 4. Inst. qui cum eo, qui in al. potest. Et regulari-
ter toties in rem s. utilitatem versum esse dicitur, qui-
bus casibus procurator mandati, vel qui negotia gessit,
negotiorum gestorum haberet actionem, & quoties ita
quid versum, ut eo, aut meliorem rem quis habeat, aut
non deteriore. l. 3. §. 2. ff. de in rem vers. Dn. Brunnem.
ad Wesenb. quest. 4. de in rem vers. Neque enim spectatur, 4.
an bono Civitatis cesserit, quod consumptum est, sed an
in negotium Civitatis fuerit versum. l. 3. §. 6. ff. de in rem
vers. v. g. si ungenta emerit Civitati, aut ad Luxuriam sit
consumptum mutuum. Cui non obstat. Ex turpi causa 5.
non esse obligationem. l. generaliter 26. ff. de V. O. Sic
mandatum rei turpis non esse obligatorium. L. si remun-
nerandi 6. §. rei turpis 3. L. si mandavero 22. §. 6. ff. mandat.
Quoniam hic Civitati, neganti utilem versionem, repli-
catio doli obstaret, cum tum, quod semel placuit, amplius
displicere non possit. per c. quod semel de R. J. in 6to. &
quod

- quod suam voluntatem in alterius injuriam mutare nemo possit. arg. *l. 75. ff. de R. J.* Cum civitatis arbitrio pecunia versa sit, quam planè, cum donare, vel abjicere possit, etiam jubere, ut illa in luxum verteretur. Quod autem fallit in minore mandante. *l. 12. §. 11. ff. mand. &*
6. *in muliere. l. 11. ff. de impens. in res dot.* Nec opus est, ut duret versio. *l. 10. §. 6. ff. de in rem vers.* sed sufficit, si ab initio (ut in negotiorum gestione) in utilitatem civitatis versio sit facta, licet postea illa utilitas casu fortuito amissa. arg. *l. 10. §. 1. l. 12. §. ult. ff. de negot. gest. add. Magnif. Struv. Ex. 16. th. 19. in f. de qua in p. 2. c. 2.*
7. Præter hos dantur etiam alii casus, in quibus requiritur probatio versionis, si actionem volunt instituere illi, qui mutuum dederunt pecuniam, uti in *L. vir uxori. 17. ff. ad SCt. Vellej. in l. 7. §. 12. ff. ad SCt. Maced. L. si prædium. 16. C. de præd. min. & aliis. de quibus vid. Fabri ration. in tertiam partem dig. ad h. l. in med.*

CAP. V.

De

Administratoribus, sive ad verba legis finalia.

1. SEquuntur jam in *l. civitas* verba hæc: *Alioquin ipsi soli, qui contraxerunt, non civitas, tenebuntur.* Quibus videmus indigitari, administratores civitatum, si contraxerunt, esse obligatos, non civitatem. Sunt autem hi, qui Civitatis officia gerunt & administrant, quorum officium explicatur in *t. ff. de administr. rer. ad civit. & C. eod.* Dicuntur aliàs in Jure nostro administratores majores magistratus, sc. quod illi soli meri imperii administrationem habeant, quod probat formula juramenti, qua jurant magistratus occasione traditæ administrationis fidei
- dem

dem se Casari servaturos. *Auth. jusjur. quod prest. sub. N. 8.*
Hi non conveniunt illis, de quibus in *L. Civitas*, ubi illi di- 4.
cuntur, qui rerum publicarum aliarumque universitatum
temporalem curam gerunt, & etiam curatores, uti *Go-*
thofr. ad L. preses. 12. C. de transact. l. 3. ff. de admin. rer.
ad civit. Differunt hi in nonnullis à Syndicis universi- 5.
tatum, vel civitatum, qui ab aliquo Collegio, universitate
ad causam ipsius agendam sunt delecti, interdum quoque
actores dicti, ut *in l. 1. §. 1. ff. quod cujusq. un.* ubi dicitur,
proprium esse alicujus universitatis, vel collegii ad ex-
emplum reip. habere res communes, arcam commu-
nem, & actorem s. Syndicum per quem, tanquam in
rep., quod communiter agi, fierique oporteat, agatur,
fiat. Interdum autem actoris officium solet esse gene- 6.
ralius, ac Syndici, cum actor dici soleat, qui constituitur
à tutore, quoniam ille, cum dominus non sit, procura-
torem constituere nequeat, & sic etiam à privato, non
verò Syndicus, qui solummodò ab universitatibus, & in-
de dicitur defensor civitatis, sive universitatis, hujusque
substitutus actor. *l. 6. §. f. ff. quod cujusq. univ.* Vel ille et-
iam dicitur actor, qui ad unam causam datur. *l. f. §. 13. ff.*
de muner. & bon. Dn. Brunnem. ad Wes. quest. 6. Quod cu-
jusq. univ. In multis verò Administratores & Syndici 7.
sæpiùs concurrunt, & non differunt, uti testatur *Gædd. de*
reb. cred. c. 2. n. 247. & Zas. ad h. l. n. 14. sc. in accipiendo
mutuo, de quo agit *Lex nostra*, vel alio celebrando con-
tractu. Quomodo verò constituantur Syndici s. Admi- 8.
nistratores, videri possunt. *Dd. ad tit. Quod cujusq. univ.*
sc. ut è numero suorum sint, ut sint literati, natu majo-
res, à majori parte electi, ubi non requiritur, ut omnes
in electione adfuerint, si saltem sint vocati. *arg. l. 2. C. de*
decur. Unde autem cognoscatur pluralitas hæc voto- 9.
rum,

C 3

rum,

rum, s. consensus majoris partis, an respectu totius corporis universi, an majoris partis respectu in diversas euntium partes, non convenit inter Doctores præsertim Juris publici. Casus talis esse posset. Adest universitas 10. 30. hominum, quæ vult eligere Syndicum extraneum, qui ex necessitate interdum urgente etiam constitui potest, juxta *Carpz. p. 1. C. 13. d. 6.* & in electione denique in tres consentit. Sempronium, Mevium & Titium, ex quibus unum vult, quem major pars elegerit. Consentunt postmodum 12. in Titium, 10. in Sempronium, & reliqui 8. in Mevium; Ubi quæritur? An Titius sit electus per majora vota, nullo habito respectu ad totum corpus, aliàs absolutè negari deberet, cum major numerus 30. hominum sit sedecim, ut ita illi duodecim mihi alii quem eligere non possint. Dicunt nonnulli, illos tandem, instar Cardinalium Papam eligentium, esse includendos, & neminem esse electum, antequam major numerus totius corporis in aliquem consenserit, quibus & ego assentior, cum *Dessel. in Erotem. jur. Can. quest. 4. de Elect. & elect. potest.* propter textum *c. 55. x. d. t.* ubi expressa verba habentur, ut major pars totius capituli consensisse requiratur, nullo habito respectu majoris partis in comparatione minorum partium, faciet huc quoque *l. 27. §. 3. ff. de recept. qui arbitr.* Titium esse electum, videtur statuere *Buxtorff. ad A. B. concl. 35.* intuitu forsan *Francisci Zypæi. l. 3. de j. Pontif. tit. de his, quæ fiunt à maj. part. cap. pl. 225.* statuentis hoc in collegiis usu esse receptum, melior mihi verò contraria sententia videtur, cum tunc plura vota non adsint, & plurima autem vota concludere debeant. *L. Quod major. 19. ff. ad municip. L. Pomponius 36. & L. Duo. 39. ff. de re jud. add. Hermes. c. 7. n. 23. edit. pr. & Hug. Grot. l. 2. c. 5. §. 19. p. 254. &*

255. Becker. in Synops. jur. publ. c. 3. §. 8. Constitutus ita 13.
Syndicus per plura vota, vel Administrator civitatis pot-
est agere pro expensis ab ipso factis. l. 2. §. 10. ff. de admin.
rer. civ. committere operum exactorem sine cautione.
l. 9. §. 3. ff. d. t. Nec tenetur de conductoribus, qui tem- 14.
pore finitæ curatellæ solvendo fuerunt. l. 3. §. 1. & l. ult. §.
9. ff. de admin. rer. ad civit. aliud in procuratore priva-
ti, qui etiam finito officio tenetur, quia ultro negotia
aliena suscepit. l. 67. de procur. Dn. Brunnem. d. l. quest. 4.
Singulare & hoc habet, quod, uti aliàs vir bonus potest 15.
remittere debitum per pravitatem usurariam contra-
ctum, ita & Administratores hoc remittere possint. Ce-
phal. quest. 844. Potest ex justa causa dilationem dare 16.
debitoribus civitatis. arg. l. 2. §. 3. d. t. Pater pro filio ad-
ministratore in solidum tenetur, si filius volente patre
administravit per l. 7. d. t. Ex æquitate etiam ipsi datur
actio negotiorum gestorum, ut repetere possit id à col-
lega, quod ejus nomine solvit l. 2. §. 9. d. t. Si quid ne-
glexerit, vel aliquid retinuerit ex administratione, si cul-
pa hoc factum ad simplum, si dolo ad duplum. l. f. §. 4.
eod. Ad eam semper est adstrictus diligentiam, quæ levi
culpæ opponitur. l. 6. eod. Et tenetur in solidum. l. 3. 17.
pr. & l. 2. §. 8. eod. salvo tamen illis beneficio divisionis.
l. 11. ff. ad municipal. (& positis circumstantiis, si alter sol-
vendo, si sit præsens &c. Boer. decis. 60. n. 32. Tholosan. l.
29. c. 4. n. 6.) Exemplo tutorum, ut ille prius convenia-
tur, qui gessit, ejusque fidejussor, nisi divisa sit administra-
tio, ubi iterum videri solet, an illa sit facta à judice, vel
hic à civitate, an ab illis ipsis, ut priori casu locus sit di-
visionis beneficio, non posteriori, tantum de ejus offi-
cio. Non vero hic illi administratores intelligendi, qui 18.
præsumunt moribus civitatis regendis, & juri dicendo, sic-
ut

- ut sunt praesides, praetores & similes, quorum non est officium administrandi pecuniam civitatis, sed hi, qui legitime electi administrant loculos publicos, & civitatem administrandi copiam acceperunt, ut sunt thesaurarii,
19. Syndici, quaestores & similes. *add. Zas. ad b. l. n. 7.* Sunt quidam sentientes hanc legem solummodo intelligi debere de illis, qui administrandi rempublicam nullum jus habent, hoc est, qui administratores non sunt,
20. contra quos verò plures alii Dd. rectius sentiunt. Porro huc etiam referendi tutores, qui nomine pupilli, curatores, qui nomine adolescentum, vel aliarum subjectarum personarum mutuum acceperunt, quos etiam non aliter obligant, quam si appareat in rem eorum versam esse pecuniam, aliàs ipsi tutores & curatores tenentur, cum pupilli, Ecclesiae & resp. in jure æquiparentur, vid.
21. *Zas. ad tit. de reb. cred. n. 46. supr. all.* item & Prælati, Administratores, œconomi nomine Ecclesiarum pecuniam mutuantes, Ecclesiam non obligant, nisi versio fuerit probata *l. 1. C. si advers. cred. l. 1. C. de solut. & lib. deb.*
22. *univers. L. si praedium 16. C. de praed. min.* Propterea non admodum conducit in hujusmodi casibus cum officariis contrahere, ut *Zas. ad b. l. num. 8.* monet, *add. Bredero. repert. sub voc. Administratorum civitatis.* Et tantum dictum sufficiat de præcipuis Legis vocabulis. Sequitur jam pars secunda.

PARS II.

Comprehendens ex hac L. Civitas tres positiones principales, in quibus tanquam anima legis consistit.

CAP.

CAP. I.

Continens primam positionem quæ talis est.

Ipsa Civitas contrahens obligatur plenè ut privatus.

Absoluta generali legis explicatione, sequuntur jam specialiores ejusdem observationes; quarum prima: Quod civitas, si ipsa mutuum contraxerit, æquè ac privatus sit obligata, & nil tunc de versione non facta opponere possit. Uti enim privatus contractu perfecto statim est obligatus, ita & civitas si ipsa mutuum accepit, alioquin proprium suum factum improbaret, quod sicut turpe, ita sine successu esset, cum tali casu ipso jure civitas sit obligata, ut nil referat, nec quæstio movenda, utrum pecunia sit in utilitatem civitatis versa, an non *per C. pen. x. de fidejuss. Hartm. Pistor. p. 1. quest. 37. n. 1. & Zas. ad b. l. n. 12. cum reliquis Doct. ad L. metum 9. §. animadvertendum. 1. ff. quod met. caus. ducto argumento à delicto ad contractum, quod plerique Doctores ad b. l. fecerunt.* Nam sicuti civitas tota deliquisse dicitur, si universi cives, vel communicato universorum civium consensu quid perpetraverint. Uti *Zas. ad b. l. n. 15. Coler. in proc. Execut. p. 2. c. 3. n. 365. Bartol. ad L. aut facta 16. §. f. ff. de pæn. add. l. f. C. de vendend. reb. civit. & Gædd. tr. de reb. cred. c. 2. n. 248. & 249.* Ita etiam tota civitas dicitur mutuum accepisse pecuniam, si omnibus civibus per pulsum campanæ, vel alium modum in civitate receptum, ad hoc specialiter convocatis per Rectores civitatum propositione publica facta, ac deliberatione subsecuta, in id conclusum fuit, ut mutuò accipiatur pecunia *Coler. in pr. Execut. d. l. n. 375.* ubi plures pro hac sententia allegant authores, In quo civitatis contractu cum omnia adsint

D

ob-

- obligationis formæ requisita, nec singulare quid de ea inveniamus constitutum, meritò inhaeremus regulæ: quemlibet obligari ex suo contractu, exceptione scil. quæ
3. hic probari nequit, non competente. Dicis, dicta hæc videntur esse contra *L. Civitas*, ubi speciale privilegium concessum civitati circa mutuum, ut scil. prius debeat probari versio in utilitatem ejus facta, quàm sit obligata. Sed responderetur. Nulla hic ex *L. Civitas*, dubitatio oriri potest, cum diversa ratio diversum quoque producat effectum, diversa autem est ratio, quando ipsa Civitas scil. omnes cives in universitate contenti contraxerunt, ac quando unus, vel plures administratores absque universitatis mandato expresso, tacite contraxere, de ultimo casu tantùm loquitur *L. Civitas*, non de priori; uti clarè patet ex verbis legis, *ipsi soli, qui contraxerunt, non civitas*. Sicuti enim procuratori, præsentem principali non potest opponi exceptio legitimationis personæ, quæ hoc saltem vult, ut doceat principalis expressum mandatum seu consensum agendi in judicio, ubi verò ipse principalis adest, suumque consensum procuratori tribuit, non potest dubitari de legitimo ejus mandato. Ita etiam civitas, si ipsa contraxit, non potest deinde excipere de non facta versione, cum hoc in proprio facto consistat, quod nemo nescire videatur, & licet sic damnum adsit, tamen id propriâ culpa contractum, damnum non esse censetur. *L. notissima 203. ff. de R. J. & l. 21. pr. ff. quod met. causa.*
 5. Nec secundò obstat, quod adeò exacta probatio, quæ admodum difficilis esset, hic non requiratur, sed admittatur probatio per conjecturas tantùm verisimiles & sufficiat, civitatem opus habuisse pecuniâ, probare, nec necesse esse pecuniam in civitatis utilitatem redactam probare, per expressum textum in *L. ult. pr. & S. f. ff. de Exercit.*

cit.

cit. act. Nam respondetur, nostram Legem quid singularitatis in se continere, quæ extensionem talem non admittit. arg. *l. 14. ff. de Leg.* Alias hujus *L. fin.* resolutiones vide infra in *p. 3. c. 1. inf.* add. *hic Duar. ad tit. si cert. pet. §. f. vers. sed notandum & Schotan. Disp. ad ff. 29. num. 10.* Contrariis hisce solutis, pergimus ad nostram positionem, quæ tunc demum procedit, si omnes cives in civitate à regentibus sunt convocati. secund. *Magnif. Dn. Struv. Ex. 16. tb. 18.* quoniam, ubi agitur de contractu in singulorum præjudicium vergente, ibi etiam omnium consensum adhiberi, æquum est. Uti enim transactio ducis belli cum hoste, ut de damnis hinc inde datis nulla moveretur querela, non nocet subditis (quoniam de eorum præjudicio maximè hic agitur, quin suum ab invasoribus legitimo modo recuperare valeant) nisi vel subditi collegialiter in hoc consenserint, vel pax ab hoste aliter haberi non potuerit. juxta *Coler. in proc. Execut. p. 2. c. 3. n. 337.* ita nec mutuum contrahere quidam possunt sine omnium eorum consensu. An verò necessum sit, omnes convocati ut se sistant, adeòque quibusdam absentibus nil agatur: arduæ quæstionis est? Quæ eò tendit, ut sciamus, an, si mutuum accipiant cæteri, quod è re est civitatis, & ita singulorum ut singulorum obligationem concernit, etiam illi, qui non decreverunt, vel absentes fuerunt, singuli sint obligati? Quod videtur *Bartolo ad b. l. n. 2.* cum quo facit *Gædd. tr. de reb. cred. d. l. n. 250. & 251. Hartm. Pistor. d. l. n. 17.* Quibus contrarius est *Jason. ad b. l. qui tamen à Bart. l. c. refutatur,* dicente hoc maximè procedere, si civitas illa habeat jus condendi legem, & contractus à pluribus sit celebratus, valere illum contractum vigore legis, quod probat per *l. Cesar. 12. ff. de publican. & l. pen. C. de donat. inter vir. & ux.* Quoniam &

- quod pluribus placet, habeatur pro concluso, juxta regulam communem: Quod plurima vota concludunt, pro rato & grato habetur, ita ut reliquos quoque oneret. per *L. Quod major 19. ff. ad municipal. l. 18. & 27. §. 3. ff. de recept. qui arbitr. recep.* quæ verò in hoc casu, ubi de singulorum agitur præjudicio, non procedit. *Dn. Struv. Ex. 7. tb. 43.* ubi ait: Cum de singulorum præjudicio agitur, etiam singulorum ad hoc consensus requiritur. De quo *in p. 4. plura.* Hic verò non opus, omnes ut compareant, ob utilitatem publicam fermè statuerem, adeòque tam præsentis, & non consentientis, quàm absentis bona à cæteris præsentibus etiam obligari, si modò absentes omnes sint vocati. arg. *l. 2. C. de decur. l. f. C. de auth. præst. & l. 3. ff. quod cujusq; univers. add. Dn. Struv. d. l. tb. 18. & B. Dn. Brunnem. ad Wes. quest. 9. quod cujusque univers.* ubi multos pro hac sententia allegavit authores. Vid. *Hartm. Pist. d. l. n. 7.* Non tamen ex illa ratione, quasi hoc fieri possit per vim legis, quam talis contractus haberet, uti vult *Bartol. per ll. cit.* quæ id non probant, uti rectè notavit. *Fachin. controvers. jur. l. 2. c. 75. in f. & Zasius ad h. l. n. 12.* add. *Coler. in proc. Execut. d. l. n. 376. & 379.* Procedit porrò nostra positio non solum si ipsa Civitas, id est, omnes cives, contrahat, sed & si communibus suffragiis actorem (qui propriè substitutus Syndici vocatur, ut supra) ad contrahendum mutuum constituat. *Struv. d. l. Mantica de tac. & ambig. convent. l. 8. tb. 13. n. 1.* quoniam tunc nihil interest, an ipsi cives, an alius eorum constitutione mutuum contrahat, cum ita quod quis per alium facit, ipse fecisse videatur. Vid. *Lauterbach. in Disp. sua de Syndico tb. 30. & seqq.* Idem est, si mutuum ab administratoribus contractum ratum habuerit. *Dn. Struv. d. l. ubi pro consentiente allegat. Bald. & Trentacinquium pro dis-*

dissentiente, quoniam rati habitio mandato æquipara-
tur. *l. 60. ff. de R. J. & l. f. C. ad SCt. Maced.* Quod in
omnibus casibus procedit, ubi lex pro forma mandatum
& iussum non requirit, quo casu illud mandatum per æ-
quipollens scil. rati habitio non potest expediri, cu-
jus exemplum est in *pr. Inst. de nupt.* ubi, consensum
parentum præcedere debere, expressè requiritur. Por-
rò si præsentibus civibus mutuum datur alicui, etiam ci-
vitas ipsa quasi contraxisse videtur. arg. *l. Qui patitur. 18.*
ff. mandat. Bart. ad b. l. n. 13. Fabri ration. ad h. l. in f.
Cum rati habitio ex eorum taciturnitate satis arguatur,
per regul. not. Qui tacet, præsertim ubi loqui necessum
habebat, consentire videtur, vel certè non dissentire. *l.*
142. ff. de R. J. si scil. damnum per taciturnitatem incur-
rens loquendo avertere potuisset. Quod de consensu
tacito in acceptionem mutui dictum, multò magis ob-
tinet, si expressum adest, mandatum ad contrahendum
mutuum, si scil. omnes cives, vel capitulares hoc alicui
in mandatis dent, quod probatur per *c. pen. x. de fidejuss.*
Barzol. ad b. l. n. 11. & 13. Jason. ad b. l. n. 18. quia & hoc
casu ipsi civitati datum censetur, ducto argumento à con-
trario ex *c. pen. cit.* ubi dicitur, quoties absque prælati au-
thoritate & majoris partis capituli, mutuum est contra-
ctum, non teneri capitulum, nisi fuerit pecunia versa;
secus ergo si expresso mandato capituli fuerit pecunia
mutuò accepta. Dissentit *Alciatus in b. l. n. 4. & 6. &*
Panormitan. in c. pen. x. de fidej. n. 4. & in c. 1. n. 9. deposit.
Verum prior sententia à *Bart. & aliis* approbata & com-
muniore est & melior. quam etiam confirmat, *Menoch. de*
arb. jud. quest. cas. 432. n. 13. vers. contrariam itaque volun-
tatem. & Fachin. controvers. jur. l. 2. c. 77. Zoes. in comm.
ad ff. de reb. cred. n. 43. Anton. Fabr. ration. ad b. l. in me-
dio

- dio discursus. Zas. d. l. n. 14. & Köppen. in decis. quest. 60. n. 11. Hartm. Pistor. d. l. n. 49. ubi hanc sententiam communem esse dicit. Sed quid si solummodò Senatores*
13. *specialiter administratoribus dederint in mandatis sub publico sigillo, ut mutuum contraherent? Putat Renne-
mannus de J. Obligat. Diss. 16. tb. 20. quod tali casu æquè sit obligata civitas, ac si ipsa accepisset; quod tamen veritati, juxta alios Doctores, vix congruit, nisi adsint cum,*
14. *illis, hi, qui repræsentant totam civitatem. Salvari forsan posset, si de tali civitate author cogitasset, ubi Senatus solummodò totam repræsentat civitatem, & omnium vices gerit, de cujus tamen existentia valdè dubito, dixerim potius in omni civitate ad minimum quosdam tribunos plebis esse, qui partes populi tueantur; quos vocant in quibusdam locis *Gildemeister/ in aliis Viertel* seu *Zunftmeister/ Ampmeister* etc. de quib. *Webn. in obs. pract. sub voc. Gildemeister.* Quibus existentibus, senatus, uti totam civitatem non repræsentat, ita sine illis gestum, communi civium consensu gestum esse dici non potest. juxta *DD. ad b. l.* Quod si verò illi accipiant mutuum pecuniam, qui repræsentant totam civitatem, hi civitatem obligant, quasi ipsa se obligasset. *Dn. Struv. Ex. 16. tb. 18.* Quia illi de omnibus rebus statuendi à populo liberam potestatem habent. *Richter. decis. 71. n. 1. Hartm. Pistor. d. l. n. 1. Gædd. d. tr. n. 248. & Zas. ad b. l. num. 11.* quod procedit etiam quando jussu eorum, qui repræsentant civitatem, mutuum accipitur. juxta *Scotan. Diss. 29. tb. 10.* Tum quod hæ personæ, quibus omnis gubernatio & administratio rerumpublicarum seu universitatum commissa est, faciunt, id pro eo habeatur, ac si singuli cives id fecissent. juxta *Carpz. p. 2. c. 6. D. 18. n. 12. & L. nulli 3. ff. quod cujusque univers. pacta enim eorum nocent**

cent & profunt Civitati *L. item magistratus. 14. ff. de pact.*
cum, quasi omnes cives illorum facta praestitissent, ha-
beatur. *l. municipes 14. ff. ad municip. L. sed & ex dolo. 15. §.*
1. ff. de dolo mal. l. 2. ff. de jure immunit. nec intersit, an
ipsa civitas, vel illi, qui repraesentant civitatem, mutuum
contraxerint, ut. *Coler. in pr. exec. d. l. n. 361. & seqq.* quo-
niam horum praepositorum factum habetur pro facto
singulorum civium, ita ut creditor ex horum facto agere
valeat tam contra bona communia, quam contra ipsam
civitatem; nec hoc casu probanda est versio, quicquid
etiam in contrarium dicat *Glossa in l. si is qui bona u. in.*
verb. Obligare ff. de pignor. & l. 3. in verb. accipiat. C. si
alien. res pign. Quia hi perpetui administratores ab uni-
versitate praepositi totam repraesentant universitatem, &
dominorum loco habentur. Quod pluribus deducit *Gra-*
tian. in discept. forens. tom. 1. c. 196. n. 19. & seqq. add. *Co-*
ler. d. l. n. 368. & seqq. ubi rectè limitare videtur hacten-
us dicta, perpetuos administratores civitatem quidem
statim obligare, non autem singulos cives absque eorum
speciali consensu, de quo supra. Videndum verò qui- 16.
nam veniant sub nomine repraesentantium totam civita-
tem? qui cum diverso regimine, (quod in alia civitate
vel Aristocraticum, in alia verò Democraticum esse, ipsa
testatur experientia, secundum quam ergò de praesentan-
tibus civitatem judicandum est) civitatum diversimodè in
hac ac in alia civitate se habent, de quibus vid. *Lauter-*
bach. in Disput. de Syndico. th. 31. & 33. In patria mea, Ci- 17.
vitate Hervordiensis repraesentant civitatem Burgimagi-
stri seu Consules & Senatores numero 24. & ex plebe viri
24. qui vocantur *Beysteher* / ibi *Biestenner* / cum aliis
adhuc 24. viris ex 12. tribubus ibi existentibus electis in
Decanos, qui vocantur *Amptmeister* / à vulgo *Ammeister.*
Hi

Hi omnes, si contractum magni momenti celebrari vo-
lunt, adesse debent, aliàs à tota civitate contractum ce-
lebratum esse non dicitur. Qui proinde cum totam re-
präsentent civitatem & liberam habeant administratio-
nem, & ita jure bona reip. administrent, etiam civitatem
ex mutuo obligare possunt per *l. 3. ff. quod cujusque uni-
vers.* & *L. si is ii. pr. ff. de pignor.* add. *Gratian. loc. cit.*
18. Vera hæc omnia sunt, si illi repräsentantes civitatem ju-
stè & legitimè sint electi. (Non justè enim electi habentur
pro reprobatis per *famos. c. venerabilem 34. in pr. verb. si electoris. x. de elect. & elect. pot.* Vid. *Coler. in proc. Execut. d. l. n. 358. & 359.* ubi præjudicium in terminis recen-
set) quo facto populus facta probare censetur, & quic-
quid tunc per illos factum, eligentium periculo censetur
factum. *l. 2. in pr. de judic. & l. 1. §. proinde ff. si mens. fals. mod. dix.* add. *Gratian. d. l. n. 24.* quia sic in casu, ubi mul-
tudo bonorum virorum intervenit, cessat omnis sini-
stra suspicio. *C. nisi essent viri probi & honesti 21. x. de præbend. & dignit.* Cum semper præsumantur electi ad-
ministratores idonei, frugales, fideles & utiles, quod ve-
rò interdum contrarium elucescat, est, illud quod civitas
s. populus sibi imputet, cur tales tali negotio præfecerit,
eum nihil, nisi mala hæc electio, damnum hoc dederit.
Coler. in pr. Exec. d. l. n. 367. & 368. Videtur non rectè
19. statuere Neotericus quidam, quando dicit. In Saxoniae
ditionibus, civitas ex mutuo aliove contractu cum con-
sulibus & Senatoribus inito non obligatur, nisi & civium
& eorū nomine Tribunorum plebis consensus accesserit.
Quod ita generaliter non procedit, quoniam etiam sine
Tribunorum plebis consensu omni tamen loco, ubi ta-
les sunt, contractus valet, si pecunia fuerit versa in uti-
litatem civitatis, cum nemo debeat locupletari cum al-

terius damno. Unde & furiosus, prodigus & pupillus, qui aliàs nullo modo obligari possunt, hoc casu tamen obligati sunt, cum hic non personæ contrahentis sed ipsius rei locupletior redditæ ratio habeatur. Jam verò civitates non debent esse melioris conditionis, & cum alterius jactura & damno locupletari. Præter hunc casum non procedit assertio d. Autoris : Quando omnes eives consensere in mutuum, ubi tribuni plebis, non ut tribuni plebis in considerationem veniunt, sed ut reliqui singuli cives, & ita dantur casus, ubi sine tribunorum consensu etiam in Saxonia valent hi contractus, quod autem is negat. Quæ omnia in tantum procedunt ut omnibus hisce casibus, quamvis civitas ad beneficium restitutionis in integrum recurrere velit, non audiatur : Li-20.
cet civitas aliàs habeat jura minorum, qui probata læsione semper restituuntur, tamen hic alia subest ratio, nam minor restituitur vel ex facto aliorum, vel ex facto proprio propter defectum iudicii, quæ ratio, cum hic cesset, diversus quoque producitur effectus. Notandum autem, posse civitatem ex generali clausula edicti Prætoris. 21.
Si qua mihi causa justa videbitur in integrum restitutionem impetrare, atque hoc beneficio ab obligationis (etiam ratione mutui) vinculo se liberare. Henning. *Gœden. consil. 5. num. 4.* qui prolixè hoc examinat, quod tamen ad illos casus pertinet, quando Civitas obligatur pecunia in rem ejus non versa, si verò versa, causa esset injusta, & ita ex ipsis hisce prætoris verbis hoc beneficium cessaret, cum etiam hujus qualitatæ ratione de in rem verso, absque contractus firmitate, ad restitutionem versæ pecuniæ civitas teneatur. *l. un. C. de reput. quæ fiunt in jud. l. quod si minor. 24. §. 4. ff. de minor.* Hinc Antoninus Pius & Gordianus Imperatores in *l. 1. & 2. C. si advers.*
E cred.

cred. scripsere, tum demum admittendam esse restitutionem, cum nō doceatur, pecuniam in rem versam esse. uti *Hartm. Pistor. habet l. c. n. 56. & 57. & seqq.* Ratio hujus est, ne Civitates sint deterioris conditionis, quàm singuli homines, qui ex hac generali clausula restitui in integrum possunt. add. *Richter. decis. 71. n. 13. & 14. & alii ad b. l.*

23. Requiritur autem, ut, si civitas restitutionem impetrare vult, læsio sit probata. *L. non postea 9. §. si minor. 4. ff. de jurejur. & quidem enormis. arg. l. scio. 4. ff. de restit. in integr. & notat Gloss. in c. 1. x. de in integr. restit.* quod de eo casu saltem accipiendum, ubi de læsione satis non

24. constat, nisi probetur. *Hartm. Pistor. d. l. n. 59.* Deinde & hīc notandum, omnibus enarratis casibus necesse non esse, probare versionem in utilitatem civitatis factam, adeòque creditorem ab hoc onere probandi esse liberum. per *c. pen. x. de fidejuss. Scotan. Disp. 29. thes. 10. Hartm. Pistor. d. l. n. 1. & seqq. Bologos. ad L. civitas. n. 15. Jason. ad d. t. num. 12. & 13.* Cum (si civitas tota accepit, ipsi Domino, qui liberè circa res suas disponere potest, æquiparatur, ut proinde de versione tali casu quid opponere non valeat,) præsumptio cesset, administratores electos à populo voluisse aliquem contractum damnosum & præjudiciale civitati facere, quod non tantum in aliorum concivium, sed etiam in ipsorummet consiliariorum redundaret detrimentum. juxta *Cöler. in proc. Exec. p. 2. c. 3. n. 366.*

CAP.



CAP. II.

Comprehendens secundam positionem quæ talis est.

Si administratores contraxerunt,
& in utilitatem civitatis creditum versum
est, civitas ipsa obligatur.

Quemadmodum quilibet utut aliàs ad contrahendum
inhabilis, ex obligatione quæ ex re oritur, est obli-
gatus, ita nec civitas melioris debet esse conditionis,
quin æquè ac alii hoc in casu sit obligata illo effectu, ut &
tunc nulla oppositio de non facta versione attendatur,
quoniam naturalis æquitas suadet, ut etiam civitas cum
alterius damno non locupletetur. *per l. dict. superius ideo-*
que haud immeritò in hoc casu ad restitutionem pecu-
niæ obligatur, & res ejus eo nomine validè obligari & op-
pignorari potest. l. ii. ff. de pignor. Gædd. tr. de reb. cred.
concl. 10. c. 2. n. 241. Hartm. Pistor. d. l. n. 23. Fabr. ration.
ad h. l. in med. discursus & Richter. decis. 71. n. 4. & 5. Cui
verò obstare videtur: Quod contractus inhæreant ossi-
bus contrahentium, eorumque personas non egredian-
tur, neque alteri per alterum acquiratur, juxta Regu-
lam vulgatam. Sed respondetur, vera illa esse, si pro
se quis contrahat, quod hic secus, cum nomine civitatis
contrahant administratores, ut ita regulæ hujus exce-
ptio sit in nostra *L. Civitas*. Nec (2) potest alius, scil. ad-
ministratores alterius nomine consentire, nisi mandatum
à Domino habeat, aut subsequatur rati habitio, *de quib. in*
preced. cap. vid. l. fin. C. ad SCt. Maced. adeò, ut nec im-
perator possit vice alterius ita consensum præbere, ut
propterea alterum invitum obligatum reddat. De quo
Decius ad L. id quod nostrum ff. de reg. Jur. Resp. hæc
E 2 omni-

- omnia secus esse, si obligatio ex ipsa re oriatur, uti hoc in casu fit. Et (3) obstare videtur, ex contractu personale jus oriri, quod personam contrahentem, non tertium aliquem obligat. Ergò administratorem & non civitatem obligatam esse. Sed respondetur: Verum hoc esse de directa actione ex hoc contractu, scilicet conditione certi, quæ alteri contra illum etiam competit, sed cum omnia nomine civitatis egerit & fuerit quasi negotiorum gestor, cui etiam accessit facta versio in utilitatem civitatis, ipsa civitas est obligata. *per L. Civitas.*
4. Et (4) obst. videtur, quod Civitas non possit consentire, consensus enim factum requirit consentientis. Civitas autem non habet personam nisi fictam, ut universitatum corpora, & collegia omnia, de quibus in *l. 1. Quod cuiusque univers.* Unde est quod nec moriantur universitates istæ, nec facile pereant. *l. sicut 7. §. ult. eod. l. 76. ff. de iudic. & l. 56. ff. de usufruct.* Nec cives ipsi & municipes, ex quibus civitas constat, consentire in unum possit. *l. 1. §. ult. & 2. ff. de acquir. poss.* Ubi dicitur, nec ob hanc causam possidere illos posse, nec usucapere ipso jure, quamvis utrumque utilitatis causa receptum sit. Atqui ex mutui datione, ut ex alio quolibet contractu non potest nasci obligatio, si non interveniat consensus, in omni autem contractu, in quo dominium transfertur, præcipuè, concurrat oportet consensus & affectus ex utraque parte contrahentium. *l. in omnibus. 55. & 57. ff. de O. & A.* Ergò Civitas ex nullo contractu obligari potest. Nec juvat, si dicatur pecuniam esse versam in utilitatem civitatis, non enim versio probat, ut eò magis civitas consensisse videri possit. Quibus Resp. Ne ea ratione nemo cum civitate contrahere velit, publica utilitate introductum, ut certi sint constituti administratores, in quorum
- fa-

factum dicitur, quasi tota civitas in illud etiam con-
fenserit, ut itaque ex administratoris contractu civitas
perinde obligetur, ac si ipsa contraxisset. Sed hoc ita-
demum verum, si ex re sive utilitate civitatis contraxerit;
Ne alioquin, quod in favorem civitatis ex necessitate in-
troducitur, in ejusdem odium ac perniciem retorquea-
tur. contra *l. quod favore 6. C. de leg.* Non verò solum 7.
Civitas hoc casu est obligata, sed & ipsi administratores
proprio nomine tenentur, si simpliciter contraxerint, in
omnibus casibus, in quibus civitas ex eorum facto obli-
gata dicitur. per *l. si pupilli. 6. §. 1. de neg. gest. L. si in rem 3.
C. qn. ex fact. tut. secund. Bart. ad b. l. n. 9.* quem sequi-
tur *Paulus de Castro, Alexander, Jason & Alciatus* com-
munem dicentes hanc esse sententiam contra *Decium dis-*
sentientem cit. ab Hartm. Pistor. d. l. n. 52. Nam admini-
stratorum seu utriusque quoque contemplatione mutua-
tum fuisse creditur. atq. *l. Eum qui 13. C. si cert. pet.* Cum 8.
enim respublica non, nisi in rem suam versa sit pecunia,
obligetur, videtur creditor fidem quoque administato-
rum secutus, cum nemo suum jactasse præsumatur, & ita
sciens, non esse validam obligationem ante factam ver-
sionem, obligatos sibi habere velit administratores, cum
quibus contraxit; Nisi dilucidè fuerit administrator 9.
universitatis protestatus, se ex illo contractu proprio no-
mine nolle esse obligatum, quo casu res aliter sese habe-
ret, cum ultra intentionem contrahentium obligatio vi-
res suas non extendat. per *l. Non omnis. 19. in pr. ff. de
reb. cred.* adeoq; sic expressa noceant, & non expressa non
noceant. *l. 195. ff. de R. J.* Vel si sine protestatione expressa
aliundè appareret, cum præcisè saltem procuratorio no-
mine contrahere voluisse, ubi idem ut procurator, qui re-
gulariter nomine domini sumens pecuniam mutuanam, nõ

tenetur, uti denotat expressus textus in *l. f. de Instit. act.*
& *l. post mortem 5. §. f. C. qu. ex fact. tut.* cum hoc casu
magis ad mandatum, quod is à domino habet, quam ad
pecuniæ versionem respicitur, atque ita solius domini,
non autem accipientis contemplatione contrahitur.
Quæ verò actio; quatenus; & adversus quem institui
debeat. Vid. *Fabri Rational. ad b. l. in f. ex pluribus Bar-*
10. *tol. ad b. l. n. 10.* tractatur de eo in *p. 3. c. 2.* Sufficit etiam
hoc in casu, ut civitas teneatur, si mutuum semel versum,
licet utilitas casu amissa. *Dn. Struv. Ex. 16. th. 19. cum all. ibid.*
author. sumpto argumento à negotiorum gestore, ex *l.*
10. §. 1. & l. 12. §. ult. ff. de negot. gest. qui habet negotio-
rum gestorum actionem non solum si effectum habuerit
negotium, quod gessit, sed sufficit ad instituendam actio-
nem, si ab initio negotium utiliter gestum, etsi effectum
non habuerit negotium. v. g. si quis Insulam fulserit vel
servum curaverit, etiamsi insula exusta, & servus mor-
tuus sit, ager negotiorum gestorum actione, quoniam
eventus non spectatur, si modo utiliter negotium cæ-
ptum. per *l. 10. supr. all.* Uti verò hoc procedit in nego-
tiorum gestore, ita etiam in administratore, qui est hic
loco negotiorum gestoris, ut & sic sufficiat probari, se-
mel fuisse versionem in utilitatem civitatis factam; ubi
non amplius refert, an durabilis illa fuerit utilitas, an ve-
rò saltem momentanea, cum sufficiat semel in utilitatem
civitatis esse factam versionem. arg. *l. 17. in pr. ff. de in-*
rem vers. ex qua Lege ita argumentari licet: Si dominus
tenetur, quando pecunia saltem in ejus rem mutuata, si-
ne culpa periit, multò magis ille tenetur in cujus utilita-
tem non solum accepta, sed & versa est. Itaque si con-
stet, in causam quidem utilem & necessariam fuisse mu-
tuò datam pecuniam, eam verò priusquam ab admini-
stra-

stratoribus verteretur, casu aliquo fortuito perisse e. g. si
civitas ex pecunia mutuata prædium emisset, quod post
celebratum & perfectum contractum igne sit consum-
ptum. Vel si pecunia in via amittatur, vel ab hostibus
ex improvise civitas eâ privetur; hoc creditori impu-
tandum non est, & hisce non attentis nihilominus civitas
pecuniam illam refundere tenetur, cum sufficiat ab ini-
tio rem utiliter gestam esse, cui *L. Civitas* in contrarium
non est, probatur hoc etiam ex *L. verum 11. §. sciendum*
vers. si locupleti. ff. de min. L. in pupillo. 47. in pr. ff. de solut.
Et liberat. quod confirmant quàm multi Doctores, ut
Hartm. Pistor. d. l. n. 39. Et 40. Mantic. de tac. Et ambig.
convent. l. 8. t. 13. n. 15. Mascard. de probat. vol. 3. concl.
1161. n. 36. Carpz. l. 2. Resp. 107. n. 15. Et Köppen. in decis.
quest. 60. n. 15. Quod supra dictum, administratorem
proprio nomine etiam obligatum esse, etsi versio facta II^a
sit in universitatis utilitatem, id procedit, ut durante of-
ficio saltem teneatur, finito verò officio, sit liberatus, per
l. 3. §. 2. ff. de administr. rer. ad civit. pert. Cum enim of-
ficiu magistratus necessarium magis, quam volunta-
rium reputetur, contra æquitatem esset, ulterius eum
obligari. *l. 18. §. 13. ff. de muner.* Et tunc illa, quæ certo
tempore alicui concessa, lapso tempore scil. officii cen-
sentur revocata, ita, ut omnia in pristinum statum sint
conversa. per *L. si unus. 27. §. 1. ff. de pact. l. Imperator. 8.*
ff. de postulat. c. 4. x. de offic. Et potest. deleg. conf. Hartm.
Pistor. d. l. n. 55. Confundunt quidem aliqui Doctores
casus, versionis factæ, & non factæ, & indistinctè, tam du-
rante, quàm officio finito administratores teneri volunt,
quod iniquum videtur, proindè distinguendum potius
puto ita, ut & finito & durante officio teneantur admini-
stratores, si nulla versio in utilitatem facta, de quo in
cap.

cap. seq. Durante saltem officio, si versio sit facta, de quo
supra in hoc cap.

CAP. III.

Comprehendens tertiam positionem quæ
talis est.

Si administratores contraxere,
& versio in rem civitatis non est facta, so-
li administratores tenentur.

1. **D**ictum in *praced. capite* si versio fuerit facta, tunc civi-
tatem obligatam esse; sequitur jam in *b. c.* si versio
non facta, non civitatem, sed administratores teneri, per
expressa verba nostræ *L. Civitas.* quæ talia: *Alioquin illi
soli quò contraxerunt, non civitas tenebuntur,* cum quo
correspondet. *Nov. 120. c. 6. §. 3. vid. Dn. Struv. Ex. 16.
th. 22.*
2. Hoc enim maximè æquum est, ne civitates admi-
nistratorum culpâ damnum subeant. *l. f. C. de vend. reb.
civit. & ita optima nititur ratione;* cum alioquin is, qui
fidem administratoris secutus, pecuniam mutuò dederit,
manifestam rei suæ jacturam subiret, contra æquitatem
ex *L. si & me & Titium. 32. ff. de reb. cred.* ex qua ratione
etiam introductum, ut si contractus mutui celebretur
nomine absentis, eo deinde ratum non habente, resideat
in eo, qui mutuum accepit. *L. si absentis. 4. C. si cert. pet.*
Ex facto enim alieno sine proprio adhibito consensu, seu
mandato aut ratihabitione uti nemo obligari potest, ita
nec civitas. *l. f. C. ad SCt. Macedon. L. consensu. 2. ff.
de O. & A. §. Si quis alium 3. Instit. de inutil. stipulat. add.
Carpz. l. 2. Resp. 106. n. 10.*
3. Secundò & hæc ratio postu-
lat hoc casu obligationem administratorum, scil. ne ad-
mi-

ministratores occasionem juris ad iniquum trahant
compendium. *arg. l. ult. ff. pro empt. l. per ff. de reb. eor.
qui sub tut. & Auth. Hoc jus porrectum C. de SS. Eccl.* Nam
si versio facta non fuit, alia præsumptio esse non pot-
est, quin mutua pecunia in propriam utilitatem con-
versam fuerit, uti vult *Glossa in L. Qui fundum 7. §. si tu-
tor. 3. ff. pro empt. & in L. præses 12. verb. non sinet. C. de
transact. Coler. in proc. Execut. p. 2. c. 3. n. 351.* Et si hoc
non esset, maximam administratores prodigi nacti es-
sent occasionem se ditescendi, abutendo sigillo com-
muni, seu publico, quo nanciscantur pecuniam in sui
commodum intuitu reip. Ne itaque talis oriatur fraus &
dolus, constitutum, civitatem non teneri, sed admini-
stratores ad creditoribus reddendam mutuo acceptam
pecuniam. *L. un. C. de solut. & liber. civit. conf. Hartman.
Pistor. d. quest. 37. n. 23. Carpzov. p. 2. c. 6. def. 21. n. 4. &
seqq. & l. 2. resp. 106. n. 34. Gadd. tr. de reb. credit. d. l. n.
240. & 271. Gratian. in discept. forens. tom. 1. c. 196. n. 1. 2.
& seqq. Et Matth. Coler. d. l. num. 355. ubi exemplum
ejusmodi malitiöse administrationis refert. Vid. Richt. de-
cis. 71. n. 9.* Nihil enim hoc casu iniquius videretur, à
civitate exigere id, quod malitiosè ab administratoribus
fuit dilapidatum. Ut ita semper teneantur administra-
tores, quoties versio in rem & commodum civitatis pro-
bari nequit, sicut *Glossa ad nostram L. Civitas, ibiq. Jason.
n. 4.* optimè docet. Huic autem obstare videtur (1) tu-
torem, ut tutorem nunquam teneri, si contraxerit pro
pupillo, sed pupillum, etiamsi dolus in contractum inci-
derit, nihilominus obligatum esse in solidum *per l. 2. C.
de his quib. ut indign. nisi in speciale delictum dolus in-
ciderit, ubi pupillo non nocet per l. 198. ff. de R. J.* Ita nec
administratorem, qui non suo nomine, sed aliene con-
tra-

F

tra-

- traxit, teneri dicendum, sed Resp. *ad l. cit. 2.* ibi quidem dici, pupillum ex facto tutoris teneri, sed tamen inde non sequi, quod tutor non teneatur ob causam admis- sam. Hinc limitatur; etiam teneri pupillum in solidum, si tutor sit solvendo, per *l. 4. §. 1. ff. de Evict.* Et si velit pupillus, cedere potest suam actionem contra tutorem, & ita se liberare. *l. f. ff. de administrat. tut. Dn. Brunn. ad Wes. quest. 9. Quando ex fact. tut. vel curat.* Idem ergo dicendum de administratore, eò magis, dum *per nostram*
6. *L.* disertè id constitutum legatur. Nec (2) opponi potest, hic contractum ipsum gestum, ejusque naturam per se debere considerari & non accidens aliquod, ut versio est, quæ ad naturam ejus nihil facit, prout asserit *Hartm. Pistor. d. quest. 37. n. 71.* Resp. Negando hic versionem esse accidens, sed esse de substantia hujus contractus, quoniam hic contractus absque eâ non est validus respectu civitatis, benè autem respectu administratoris, *per nostram L.* cum nihil civitatis intersit, si administra- tor mutuò ejus nomine accipit, neque in rem ejus ver- tit; ex quâ ratione non civitas, quæ non contraxit, sed administratores ipsi sunt & manent obligati, quicquid etiam de speciali favore *in hac L.* universitatibus con- cesso quidam regerant. Atque hæc vera sunt, quamvis ad- ministratores renunciaverint exceptioni non factæ ver- sionis in instrumento obligationis; Cum talis renuncia- tio non noceat civitati, seu tertio, in cujus præjudicium facta, quia illa pro re inter alios acta habetur, quæ alteri non præjudicat. *L. sæpe. 63. ff. de re judic. c. 7. x. in f. de caus. poss. & propr.* Quamvis etiam in instrumento con- fessi fuerint, pecuniam in utilitatem civitatis esse ver- sam, tamen nil ipsos juvabit, ut fides huic confessioni habeatur, cum plus hic sit in veritate, quam in illa falsa
asser-
 - 7.
 - 8.

assertione. *add. Carpzov. l. 2. Resp. 106. n. 35. & 36. Et Richter. decis. 71. n. 8.* ubi præjudicium hujus recenset. Quia administratori sic asserenti in præjudicium Civitatis non creditur, *Klock. cons. 131. n. 87.* Et porro ejusdem farinae est expressa protestatio, se nolle ex illo contractu esse obligatum, quia hæc protestatio non tam de voluntate sua, quam ex Legum dispositione dependet, & talis Domitiana protestatio fraudulenta censetur in alterius injuriam dolo quasi facta, ideoque eum minus relevare debet. arg. *L. Quero. 39. ff. de act. empt. Hartm. Pistor. d. l. n. 67.* qui tamen *n. 68.* dicit cum *Bart. ad L. nostram. n. 9.* Actionem ex mutuo contra administratores hoc casu non competere, cum ex protestatione constet, ejus contemplatione mutuò pecuniam non fuisse datam. *L. Si pupilli. 6. §. 1. ff. de negot. gest. cum præter intentionem contrahentes obligari non possint. L. Non omnis 19. ff. de reb. cred.* Agitur verò hoc casu potius condictione ob causam, quod pecunia, in utilitatem ut verteretur civitatis data, non sit versa, & ita causa, ob quam mutuò data, non fuerit secuta. arg. *L. Si procuratori. 14. ff. de condict. indeb.* Tenentur prætereà etiam administratores, & non civitates, etsi instrumentum guarentigiatum habeant creditores, quod paratam aliàs secum fert executionem, in quo renunciatio est addita de exceptione non factæ versionis. Etsi aliàs huic instrumento nihil opponi possit, nisi quod in continenti liquidabile est, cujus verò cognitio non summaria, sed altioris indaginis est, ad aliud judicium reconventionis remitti solet. *B. Dn. Brunn. in pr. Civ. c. 1. num. 49. Coler. in process. exec. p. 4. c. 1. num. 148. & seqq. & Carpz. l. 2. resp. 106. n. 37.* Nihilominus tamen hic excipi potest de non facta civitati adnumeratione, seu in utilitatem ejus versione, utpote quæ ex ipso contractu, &

natura hujus mutui oritur atque dependet, quippe quod traditione seu adnumeratione pecuniæ non perficitur, nisi in rem Civitatis versum, quod probari debet, priusquam è bonis Civitatis communibus mutuum repeti possit. In quo jus Saxonicum non differt, cum & illo jure hæc exceptio opposita Instrumento guarentigiato in impedienda parata aliàs executione sufficiens sit, quoniam ex ipso contractu oritur: propter claram sanctionem Electoralem, in *Ordin. Polit. de Anno 1612. tit. von Justitiensachen. n. 19. §. Diemeil dann. vers. Es hatte dann die vorgeschützte exceptio gleichfals ex natura contractus ihren Ursprung/ und wäre ex ipsius instrumenti inspectione alsbald zu verificiren/ als seyn &c.*

112. uti testatur *Carpz. d. l. n. 29. & 30.* Exceptio non factæ versionis in rem civitatis planè verò non competit administratoribus, sed eam opponendo, propriam allegarent turpitudinem, ex qua commodum nemo percipere debet, cum & bonæ fidei possessori injusta lucra sint extorquenda. Vid. *Carpz. p. 2. c. 6. def. 23. n. 7.* competit autem illa civitati, sive singulis civibus adversus creditores, nequaquam ipsis Senatoribus, vel Administratoribus, quos beneficio hoc se defendere volentes in supremo appellationum judicio, & in aliis quoque inferioribus Dicasteriis Saxonice repulsam sæpius tulisse, refert *Carpz. in asylo generali debitorum. th. 46. incis. 240.* additâ ratione, exceptionem hanc in favorem solius civitatis specialiter fuisse introductam, ne administratorum culpa resp. damnum sentiat. *per l. cit. supra. ult. C. de vend.* Non ergò hæc in commodum administratorum vergit, quippe qui nec à civitate mandatum contrahendi, ac potestatem habuisse, sed suum negotium gessisse videntur, hinc ineptè ad civitatis privilegium confugiunt. *arg. l. adis*

l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff. de jure patron quod maximum præ se fert dolum, qui uti nemini commodo cedere debet. *L. quo lucidius 1. §. 1. ff. de dol. mal. & met. exc. l. 25. ff. de jud. c. 33. x. de offic. & pot. jud. deleg. & c. 1. x. de eo qui dux. in matr.* ita nec hisce. Neque etiam singuli ¹³ cives hisce casibus obligati sunt, cum, ut sapius dictum, versio hic sit de necessitate, ut civitas teneatur, vel illi, qui sunt in civitate cives per *nostram L. cum omnia* hæc in favorem civium sint introducta, & non in favorem Administratorum, hinc, cum quilibet tantum favori pro se introducto renunciare possit, sequitur, quod cum pro illis non sit introductus, ab illis etiam non posse renunciationem istius fieri. per *L. pen. C. de pact. l. 41. ff. de minor. l. 24. §. 8. ff. de damn. inf. l. 7. §. 12. ff. de pact. c. 46. ff. eod. L. 4. §. 4. ff. si quis caution. Nov. 136. c. 1. c. periculosum. c. 7. quest. 1. C. Si diligenti. 12. & c. dilecti. 17. x. de foro compet.* Hisce ergò casibus tenentur solummodò Administratores, & non ipsa Civitas, sive singuli cives. Quod cum ita sit, per *L. nostram* videndum quid juris, si ¹⁴ plures adfuerint in contrahendo mutuo administratores: An in solidum illi teneantur? Quod ex stricta juris ratione affirmandum. *secundum Struv. Ex. 16. th. 21. & B. Brunn. ad Wes quest. 2. de administrat. rer. ad civit. per l. 3. pr. & l. 2. §. 8. d. t.* Quoniam hi administratores non solum de suo facto tenentur, sed & ex facto collegarum, si administratio sit indivisa, ubi horum factum pro uno habetur, non attento, an divisio facta ab administratoribus; aliter si à civitate ipsa divisio administrationis facta esset, quoniam priori casu una est administratio, in qua alter de alterius facto semper tenetur per *L. ex facto. 30. ff. ex neg. gest. & L. 4. C. de custod. reor. add. Heig. quest. 20. n. 10. Matth. Stephan. c. 2. n. 163.* posteriori verò non, sed plu-
res.

15. res. Attamen *Dn. Struv. & Brunn. cit. l.* volunt hodiè illos gaudere beneficio divisionis. *per l. 11. ff. ad municip. si alter sit solvendo. per L. 3. ff. d. t. & ordinis, sc. ut ille prius conveniatur, qui administravit, & accepit pecuniam, ejusque hæredes, exemplo tutorum, uti Dn. Brunn. l. cit.* Nam tutoribus hoc datur beneficium, si modo uterque administravit, & uterque idoneus sit, quod, si uterque cessarit, videtur etiam beneficium divisionis cessare. *l. 1. §. nunc tractemus & seqq. ff. de tutor. & rat. distr. act. l. 38. ff. de administrat. tut. Wissenb. Disput. 41. ad ff. t. b. 8. in f.*
16. Semper autem tenentur in solidum administratores omnes, si prohibere potuerint, quo minus alter quid negligeret. *l. f. ff. de administr. rer. ad civit.* Ultimò extenditur nostra in hoc capite positio, quod non solum durante officio teneantur hoc casu, si nulla facta fuerit versio, sed etiam finito officio, utroque enim casu cum eadem æquitatis ratio subsit, isdem quoque effectus esse debet, qui finito etiam officio durabit, juxta *Gædd. in tr. de reb. credit. concl. 10. c. 2. n. 273.* Ne, si neminem haberet obligatum, creditor in damno relinqueretur, prout dictum *in cap. preced. per l. cit. prior. 3. §. 2. ff. de administrat. rer. ad civit. pert. add. Hartman. Pistor. d. quest. 37. num. 66.*

PARS III.

De

Probatione versionis in utilitatem.

CAP. I.

Cui incumbat hoc onus probandi.

1. **S**I civitas ipsa vel ejus speciali mandato, aut ratihibitione

ne

ne &c. contractum sit, nullam requiri probationem, cum illis casibus æquè civitas ac alius principalis sit obligata, dictum *in p. 2. c. 1. per tot.* Hic verò considerandum, si 2.
administratores contraxerint, & creditores postea actionem instituant adversus civitatem, quæ excipit de non facta versione, cui tunc incumbat onus probandi, sc. illi, qui affirmat factam esse versionem, vel qui agit contra civitatem ex mutuo, secundum regulam notissimam: Agenti incumbit probatio: cum quilibet intentionem suam, ejusque fundamentum probare teneatur. Creditoris verò intentio cum sit, ut restituatur ipsi mutuum, cujus fundamentum est, quod in utilitatem civitatis versum sit, cum aliàs nullatenus civitas teneatur, hoc etiam probare tenetur, quoniam in eo fundatur hæc conditio adversus civitatem *per L. h. n. & l. un. C. de solut. & liberat. deb. civ. & Auth. Hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles. L. Si pradium. 16. C. de prad. & al. reb. min. Zas. ad h. l. n. 9. Matth. Coler. in pr. Exce. p. 2. l. 3. n. 340.* Ex quibus probatur & sequitur, creditori, qui adversus civitatem experitur, hoc casu onus probandi incumbere, quod pecunia in utilitatem reip., cujus sigillum habet, fuerit versa, uti *Glossa ad L. nostram Civitas, quam Dn. Struv. Ex. 16. th. 21.* & plures alii Doctores sequuntur: Ab hoc autem 3. onere probandi creditorem relevare nequit, quod administrator in instrumento confessus fuerit, pecuniam mutuò datam in utilitatem reip. versam fuisse, uti *Hartman. Pistor. d. l. n. 31. & Bald. ad Auth. hoc jus porrectum C. de SS. Eccles. n. 9. & 10. Coler. in pr. execut. d. l. n. 352. & Carpz. p. 2. c. 6. D. 19. n. 9. Klock. conf. 171. n. 89.* Nam confessionem earum personarum, quæ aliquem actum libere nequeunt expedire, nisi certa qualitas, quam accessisse dicunt, revera intervenerit, nullam vim probationis susti-

stinere (quia sic essent testes in propria causa, contra *L. omnibus. 15. C. de testib.*) apparet. *arg. l. 27. ff. de probat. & L. si forte. 8. ff. de Castrens. pec. add. Gædd. d. tr. c. 2. n. 266. & Carpz. l. 2. resp. 107. n. 5.* Illi verò, qui cum administratoribus contraxerunt, non debebant ignorare conditionem eorum cum quibus contraxerunt. *L. qui cum alio 19. ff. de R. J.* Id quod maximè observare debent, si cum his contrahant, qui per se sunt inhabiles, quales hi sunt administratores, si nulla facta sit versio, ut proinde creditor debeat sollicitus esse de versione. *Molina in tr. de usur. quest. 37. n. 281.* Et hæc non solum procedunt in mutuo, sed etiam in aliis contractibus, de quibus *p. 1. c. 3. n. 11.* dictum, in quibus omnibus regulariter creditor debet versionem probare, si quid ab illis universitatibus recipere velit, quod multis præjudiciis confirmat. *Richter. decis. 71. num. 6. & seqq. add. Gratian. in disceptat. forens. t. 1. c. 196. n. 9.* ubi recenset tres casus, in quibus quis sollicitus esse debeat de versione in utilitatem Ecclesiæ facta, sc. in mutuo, deposito & venditione, quæ de republica etiam dici possunt excepta venditione, cum Ecclesia & Civitas in hoc æquiparentur, uti dictum *in p. 1. c. 2. n. 11. per l. resp. C. ex quib. caus.* Quando igitur mutuum datum personæ, habenti mandatum ad sumendam mutuò certam summam, & illa excessit modum, creditores tenentur probare majorem illam summam versam fuisse in Ecclesiæ utilitatem: Vel quando pecunia fuit mutuò sumpta à solo Prælato, qui tempore restitutionis faciendæ non vivit, licet de distractione rerum immobilium tunc non agatur, tamen debet creditor probare versionem, & sic in aliis. Cum verò Creditor hic potissimum versetur circa ea, qua facti sunt alieni, non proprii, cujus probabilem ignorantiam causam

sam habere videtur, hinc triplici ope ei subvenitur. Pri- 7.
mò enim aut agere potest adversus Civitatem, & admi-
nistratorem interpellare, ut liti adhistat, & versionis pro-
bationes suggerat. *L. si parentes. 20. & 21. C. de evict.* Et
si hoc administrator recusaverit, tunc contra ipsum ceu
suspectum solùm actionem dirigere potest. vid. *Carpz.*
l. 2. resp. 107. n. 18. ubi hujus præjudicium habet. Aut se- 8.
cundò ab initio creditor, priusquam cum civitate ex-
periatur, iudicis officium implorare valet, ut cogatur ad-
ministratores ostendere, quò mutuum pervenerit. *arg. l. 38.*
ff. de Evict. & L. si contendat. 28. ibiq; Glossa. ff. de fidejuss.
Aut tertio statim ab initio contra civitatem & admini- 9.
stratores simul agere potest. Quod ergò si negligat cre-
ditor & statim contra civitatem agat, probare tenetur
versionem. Uti pronunciatum fuisse hic in facultate Ju-
ridica. Anno 1662. mens. Octobr. testatur, *Richter. decis.*
71. n. 8. add. Hartm. Pistor. d. l. n. 30. Carpz. l. c. n. 17. E 10.
contrario verò civitas hic nihil probare tenetur, sed suf-
ficit negare, factam non esse versionem, cum negationis
probatio per rerum naturam fieri non possit, per expres-
sum textum. *L. asseveratio. 10. C. de non numer. pecun. L.*
actor. 13. C. de probat. L. unica. C. de solut. & liberat. deb.
civit. cujus regulæ plures limitationes videri possunt
apud *B. Dn. Brunn. in proc. Civ. c. 18. n. 1. & seqq. & apud*
Barbosam. L. 19. c. 6. ax. 12. Aliter sese habet res, si cre- 11.
ditor contra administratorem ab initio actionem insti-
tuat, & ille excipiat, se nomine universitatis mutuum ac-
cepisse, & pecuniam illam etiam versam esse in illius uti-
litate, qua confessione ille creditorem relevat ab one-
re probandi, & in se transfert, ut jam ipsi incumbat pro-
bare suæ exceptionis intentionem, nam æquè Reus, (qui
excipiendo fit actor) probare suæ exceptionis intentio-
nem,

G

nem,

nem, ac actor suæ actionis intentionem ejusve fundamentum tenetur. *arg. l. 19. ff. de probat. add. Dn. Struv.*

12. *Exer. 16. th. 21.* Et (2) si administratores in instrumento confessi fuerint, pecuniam mutuò acceptam esse versam in utilitatem reip., tunc ii, vel hoc probare, vel solutionem proprio nomine præstare tenentur, uti in causa Senatus Altenburgensis pronunciatum refert *Dn. Richt. decis. 71. n. 8.* cum hæc probatio, quæ regulariter incumbit creditori, admodum difficilis sit, testante ipso *Justiniano in §. 5. Inst. quod cum eo, qui in al.* sufficere hic nonnulli putant, si saltem creditores probaverint civitatem, tunc temporis pecuniæ inopiã laborasse, in quâ opinione est *Baldus, Salicetus, & Paulus de Castro*, quibus & præ aliis accedit *Decius in nostram L. Civitas*, conantur probare hanc sententiam *per L. ult. ff. de Exercit. act.* Verum si hoc sufficeret (1) omni modo & tempore esset in aperto & parata probatio, cum pecunia mutuò sine necessitate rarò accipiatur, & (2) sæpius fieri posset, ut universitas aliqua indigeret pecunia, cum tamen tunc temporis accepta in ejus utilitatem non fuerit versa. Si ergò hoc admitteretur, nullum profectò hoc esset singulare beneficium, cum tali casu, quilibet semper paratam haberet probationem, qui versionem factam allegaret, ob id, quia civitas tunc temporis pecunia valdè indiguerit; aliud autem cum sit probare indigentiam, de qua *L. ult. ff. de Exerc. act.* & aliud probare versionem in utilitatem civitatis factam, de qua *L. nostra*, facile diversitatem harum Legum quilibet olfacere potest, qui pituita non laborat, ut tam anxie in hujus Legis explicationem inquirere facile supersedere potuissent. Deinde *Resp. L. illam ult. cit.* procedere, si administrator constitutus à persona privata, non verò à publica, sive privilegiata, ut sunt

Ec-

Ecclesiæ, civitates, minores, & similes, & quod privatus magistrum navis præponens magis sibi prospicere possit, ac civitas fictam saltem sustinens personam, ut ita hic major requiratur probatio, ac ibi, ubi soli sine consensu domini possunt mutuam accipere, hi verò non, nisi totius universitatis consensu, quod si non attendant, in casum non factæ versionis ipsi sunt obligati; id quod diversitatem rationis satis ostendit. *add. Carpz. d. l. resp. 107. n. 9. & 10. & Hartm. Pistor. d. l. n. 33. & n. 34.* ubi addit: Si administratores civitatis ad hoc sint constituti expresso speciali mandato, ut accipiant mutuam pecuniam, de quo supra, tunc inde civitas perinde, ac præponens magistrum navi obligatur: Atqui datâ tali terminorum paritate, nulla inter civitatem & privatum erit differentia. Ex hisce cum satis pateat diversitas textuum, 15. rectius forsan statuimus, non sufficere probare indigentiam civitatis, sed versionem esse factam in rem civitatis, uti etiam sentiunt, *Jason. in nostram L. n. 18. Joh. de Imola in c. 1. x. de depos. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1161. n. 8.* ubi pluribus ad *L. ult. cit.* respondet *Carpz. d. l. n. 8.* Hujus sententiæ fundamentum in eo est, quod leges requirant, ut probetur versio in utilitatem civitatis, & Ecclesiæ, ut in *c. pen. x. de fidejuss. & in nostra L. Civitas.* Nulla verò Lex adsit, quæ versionem demonstrari ex eo decernat, quod Ecclesia, vel civitas indiguerit pecuniâ, cujus rationem supra adduximus. *add. Ant. Fabr. rational. in tertiam part. ff. de ff. ad h. l.* Ubi videtur hæc dicta limitare, sc. quod si administrator in aliquam causam nominatim acceperit pecuniam, quæ ad civitatis utilitatem evidenter pertinebat, sufficiat, hoc creditorem probasse, nec graviori probatione illum onerari posse, præsertim si ultra causam, quæ tempore mutui pecuni-

cuniam requirebat, creditor etiam probaret, post mutu-
um à se datum, causam illam cessasse, tunc pecuniam
mutuò datam in causam illam utiliter versam præsumi,
atque hinc ulteriori probandi onere creditorem suble-
vari, per textum in *L. si veniri. §. f. ff. de privileg. credit.*
conf. Bart. ad b. l. n. 13. ibique in not. sub voc. versum. ubi
dicit communem Doctorum sententiam, ita limitari de-
bere. vid. *Hartm. Pistor. d. l. n. 35.* Interim hoc certum
est, aliquando etiam adeò ocularem de in rem verso
probationem non requiri, sed sufficere etiam prægan-
tes & verisimiles conjecturas, quæ arbitrio judicantis
relinquuntur. vid. *Glossa ad Auth. Hoc jus porrectum. C. de*
SS. Eccles. Duaren. ad tit. si certum pet. c. 3. §. fin. in f. & Zas.
ad L. Civitas. n. 11. Quæ verò magis ad sequens pertinent
caput, hinc ad illud transcendendo.

CAP. II.

Quomodo fieri debeant pro- bationes.

1. **I**n priori capite postquam actum, quis probare debeat
Iversionem in hisce casibus, in quibus probatio requi-
ritur, mutuam pecuniam fuisse versam in utilitatem ci-
vitatibus, Ecclesiæ, alteriusve universitatis, in hoc cap. a-
gendum præcipuè, quomodo probatio fieri debeat.
2. Quæ fieri potest duobus modis: Primò per aspectum,
si quis nempe viderit, pecuniam expendi in eam cau-
sam, quæ sit utilis universitati: nam testimonium visus
est excellentius omnibus aliis. §. 9. *Inst. de gradib.* cum
ille præ omnibus causam scientiæ, sine qua testi non
creditur per c. 37. x. *de testib.* allegare possit. Præter hos verò
hic admitti testes de auditu, iisque, præsertim si mutuam
anti-

antiquum, versionis probationem fieri posse, affirmat *B. Dn. Brunn. in decis. c. 4. decis. 1. n. 9. & Magnif. Dn. Stryk. fautor meus omni observantia æternum colendus in tr. de J. Gent. disc. 3. c. 3. n. 9. & mult. seqq.* Secundò per *F. prægnantes conjecturas, & præsumptiones, secundum Dn. Struv. Ex. 16. tb. 21. & Alexand. in consil. 189. n. 13. lib. 6.* Quoniam scil. vera probatio hic est admodum difficilis (sicut plures in præced. cap. citati Doctores testantur) & aliàs tempore urgentis necessitatis, non inveniret universitas, cum quibus possit contrahere. Nec obstat *6. 4. pen. x. de fidejussorib.* ubi dicitur, monasterium ex causa mutui non posse conveniri; nisi forte in utilitatem ipsius manifestè constiterit pecuniam redundasse. Respondet enim *Hieronimus Butigella. in repetit. ad nostram L. Civitas. n. 39.* quod probatio, quæ fit per conjecturas, dicatur etiam manifestissima. *L. Imperator. 74. ff. de leg. 1.* consentit *Hartm. Pistor. d. l. n. 37.* Et manifestè etiam apparere illud dicitur, quod ex conjecturis probabilibus colligitur, in quam sententiam multos allegat. *Carpzov. l. 2. resp. 107. n. 6. & p. 2. c. 6. def. 19. num. 10. & ii.* Non verò quævis hic sufficit conjectura, qualis est, quod *5. civitas indiguerit pecuniâ, quam ideò etiam in præced. cap. rejecimus, sed illa, si creditor dicat, se ad refectio- nem murorum civitatis, vel Ecclesiæ mutuo dedisse pecuniam, & constaret, civitatem, Ecclesiamve tunc temporis pecuniarum inopiâ laborasse, & acceptâ pecunia deinceps eos reparatos appareret, tunc pecunia in hanc causam versa præsumitur, uti *Menoch. de arbitr. jud. quest. l. 2. c. 5. cas. 432. L. Sicut. 7. ff. quod cuiusque univers. nom. L. si ventri 9. §. f. ff. de privileg. credit. Bartol. in L. cum servis. 104. ff. de V. O. add. Hartman. Pistor. d. quest. 37. num. 35.* De quo casu etiam actum in præced.*

6. *cap. in f.* Huic conjecturæ non dissimilis est illa, quæ à prudentia & integritate administratoris, sive prælati sumitur, cujus in administrandis rebus nota, ac perspecta est fides atque industria, quam *Cynus refert in Auth. Hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles. & Zas. ad nostram L. n. 10.* Cum enim Creditores non semper sint apud Administratores, non poterunt videre, quomodo pecunia illa expendatur. Et dicit *Glossa in dictam Auth.* quod non opus sit docere, quò quilibet nummus pervenerit, quod satis probari potest ex *L. si prædium. 16. vers. emptor autem. C. de præd. & al. reb. minor.* ubi suburbanum prædium puellæ à tutore fuerat venditum, & pecunia conversa in tributa & collectas, quibus ex facultatibus cæteris obedire non poterat; quo probato, etiam versio satis probata censebatur, ita, ut emptor potuerit repetere
7. suam pecuniam ex bonis puellæ. vid. *Zas. d. l. n. 11.* Alias conjecturas sufficientes ad probationem versionis legere quis potest. ap. *Mantic. de tac. & ambig. convent. l. 8. tit. 15. & 16. & Alciat. in L. Civitas. n. 6.* Qui hac in re plurimum tribuendum esse iudicis arbitrio arbitratur, cum quo consentit *Carpz. l. 2. Resp. 107. n. 16. per l. 3. §. ejusdem ff. de testib. & p. 2. c. 6. def. 19. n. ult.* ubi præjudicia hanc in rem recenset. Non verò simpliciter, & absolute probo conjecturam, quam nonnulli habent, quasi sufficiat, si Camerarii, vel alii Administratores civitatis temporales mutuum acceptum retulerint in consuetas rationes publicas. Cum primò rationes nil probent, nisi habeant data & accepta simul, sive publicè sint redditæ, ut eo nomine quietantiam administratores demonstrare possint. Et secundò, quoniam hic requiritur probatio in utilitatem reip. facta, quæ ex hisce registris præsumi non potest, sed iis saltem probatur acceptatio pecu-

pecuniæ, de qua hic non controvertitur. Cæterum in 9.
probatione hac admodum difficili eò melius ut proce-
dant creditores, petere possunt mutuū repetentes, ra-
tiones publicas ab Administratoribus, vel Senatoribus
civitatis sibi edi per regulam communem: Qui potest
probare suā interesse, editionem sibi fieri, ille etiam
potest cum effectu petere editionem, *de quo vid. Doct.*
ad tit. de edend. Non negligi hic debet limitatio, quam 10.
nobis tradit. *Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1161. num. 33.*
Quod non sufficiat, probari posse, versionem in causam
utilem factam, multò minus in inutilem, s. non necessa-
riam, sed desuper requiratur, ut causa etiam sit necessa-
ria civitati, v. g. si pecunia mutuò accepta in effossio-
nem piscinæ non necessariæ impensa est, civitasque ære
alieno oppressa non tenetur. arg. *L. in fundo. 38 ff. de*
R. V. Quia hic nemo dicere potest versionem hanc fa-
ctam esse in utilitatem reip. vel Ecclesiæ, cum piscina
hæc necessaria illis planè non fuerit, nec utilis, & ita
versio in illum usum, necessitatis nihil inutilitatis pluri-
mum habet. Per eandem cit. leg. civitas Ecclesiæ est 11.
tantum obligata ad id, in quantum est melior reddita,
licet plus fuerit impensum, quoniam hoc inutiliter im-
pensum; Et si plus utilitatis inde perceperit, quam fue-
rit in quantitate mutui, solam tenetur mutui quan-
tatem persolvere. Hoc enim casu, non directò tenetur
ex contractu civitas vel Ecclesia, quia non mandavit, sed
actione de in rem verso, & ita tantum tenetur, in quan-
tum melior ejus conditio facta, uti dicit *Mascard. d. l.*
Hactenus dicta de probatione versionis faciendæ à cre- 12.
ditore procedunt, quando contra civitatem agere vo-
lunt, vel agunt ad restitutionem pecuniæ mutuò datæ,
non verò, si contra Administratores actionem institu-
unt,

unt, qui acceperunt pecuniam, & curare potuerunt, ut pecunia in reipublicæ utilitatem versa fuisset, ubi hi eorumque hæredes Creditoribus pecuniam restituere tenentur, si illi versionem probare nequeunt, quam nemo melius scire potest, ac illi; cum in proprio facto hæc consistat, quod nemo ignorare præsumitur, *uti supra dictum*, quod præjudicio confirmat *Richter. decis. 71. n. 10.*

13. Maximè autem uti quilibet eò laborare debet, ut onus probandi à se avertat, & in aliam transferat, ita & hoc in casu creditores præ omnibus probè id observare debent: Quod creditores facere possunt, si adversus administratores agere incipiunt, qui vel tum debent probare factam versionem, vel ipsimet solvere. Convenire autem illos possunt, horumque hæredes conditione certi, conditione causa data, causâ non secutâ, si nulla scilicet probatio facta, ob quam pecunia data: & aliquando actione doli, si falsò asseruissent, se habere speciale mandatum ad mutuò sumendam pecuniam, de quo tamen postea haud apparet. *l. si legatarius. 23. § l. quidam. 38. ff. de dol. add. Carpz. l. 2. resp. 109. n. 2.*

15. Omnium verò optimum duco, si incertus sit creditor, de facta versione, ut contra Administratores & Civitatem, conjunctim agat, quod ex *Richt. cit. l. in cap. preced. adduximus*, & eventualiter uno libello, si pecunia versa non reperiretur, petat condemnationem Administratorum, & ita alternativè actionem in libello suo instituat, cum scire statim non possit, an versio facta, quo casu libellus alternativus admittitur, uti prolixè probat *Hartman. Pistor. d. quest. 37. n. 44. § 45.* & optimè pro & contra disputans. *Carpz. l. 2. Resp. 109. per tot. § p. 2. c. 6. de fin. 22.*

16. Sed hic quæri posset, annon Administratores condemnati contra civitatem regressum habeant, si in aliis

aliis rebus magnum lucrum civitati dedissent, ut ita quasi compensationem intentare, ac civitas hujus respectu mutuum pecuniam non versam solvere debeat? Breviter resp. quamvis primo intuitu affirmandum videretur, arg. l. ii. ff. de usur. tamen negandum censeo ob singulare hoc in casu privilegium civitati competens, quæ planè non, sed administratores saltem obligati sunt, si versio nulla facta, quam proinde si probare nequeunt, sibi imputent. add. Dn. Brunn. ad Wes. de administr. rer. ad civit. pertin. quest. 3.

PARS IV. & ultima.

Quæstiones miscellaneas circa hanc materiam obvenientes, contraria & affinia continens.

CAP. I.

De

Quæstionibus miscellaneis huc pertinentibus.

Quæst. 1. Si Civitas non quidem ipsa mutuum contrahat immediatè, sed fidejubeat pro principe contrahente, an ita sit obligata, ac si ipsa mutuum contraxisset? ad cujus decisionem videri possunt, quæ diximus in p. 1. c. 3. n. 11. ubi tractavimus quæstionem, an in aliis etiam contractibus *lex nostra* locum habeat? Quod ibi in specie de certis affirmavimus, inter quos etiam est fidejussio. Hinc affirmativè hanc quæstionem decidimus, quam Lipsienses etiam contra Civitatem Helmstadiensem confirmarunt, quæ se obligaverat pro suo principe, tanquam principalis debitor, Anno 1554. mense Martio:

H

JCos

- Jctos Jenenses contra Civitatem Alftet, quæ sese obligaverat pro quodam Comite, idem pronunciaffe in judicio curiali, Anno 1575. testis est *Coler. in proc. execut. d. l. n. 347.* eandemque sententiam in causa Philipp. Schaden contra Senatum Zimmeriensem, dictam esse, refert *Lindemann. de mut. c. 1. th. 28.* vid. *Dn. Brun. c. 5. decis. 99. supra cit.* Ratio hujus inpromptu est. Imputet enim sibi civitas, quod alienam obligationem in se susceperit. An verò non gaudeat beneficio. *Auth. Prasente. C. de fidejuss.*
3. *vid. Coler. d. tr. l. 1. c. 10. n. 292. & 293.* Distinctio tamen nostræ Legis etiam hic probè attendenda est, utrum ipsa civitas contraxerit, ubi de versione excipere nequit; an ejus administratores, ubi excipere potest, & non teneatur, absque versione, uti latè dictum *in p. 2. c. 3. per tot.*
 4. *Quæst. 2.* An in civium singulorum bona detur executio, mutuo verè probato; & an locum habeat exceptio divisionis? Quo ad prius, respondetur negando: Licet enim in universum sint obligati, non tamen singulariter, ideoque executio non in bona singulorum, sed in bona universitatis fieri debet; nec hoc casu singulares personæ pro tali debito universitatis molestari debent, uti *Coler. d. tr. p. 2. c. 3. n. 369. cum mult. ibi alleg.* nec personæ singulares civium, ipsorumque bona detineri, cum pro republica intervenerint administratores, non autem pro singulis, sicuti de actore universitatis habetur *in l. 2. in f.*
 6. *ff. quod cujusque univ.* Sicut enim, uti Ulpianus eleganter loquitur *in L. Sicut. 5. §. si quid. ff. eod.* quod debetur universitati, non debetur singulis; ita & vice versa, quod universitas debet, singuli non debent. Sic res universitatis non dicuntur res singulorum. *l. 10. §. qui manumittitur. 4. ff. de in jus voc. & l. 6. §. 1. ff. de rer. divis.* Et qui promittit, rempublicam salvam fore, non teneatur

tur de damno personæ particularis. *l. 2. ubi Bart. vers. ult. ad municip.* Sic nec lis universitatis, dicitur singulorum, & privilegia civitati concessa, non dicuntur cujusque particularia. *Cephal. vol. 4. cons. 515. à n. 33. usque ad f. & cons. 567. à n. 22. usque ad fin.* Et diversa sunt intervenire pro universitate, & pro singulis. per *l. 2. ff. quod cujusque univers.* Et diversa sunt legata relinquere collegio, & singulis ex collegio, juxta *l. 21. ff. de reb. dub.* prout optime docet *Klock. vol. 3. cons. 153. n. 90. & Coler. d. l. n. 370.* Unde cum constet debitum esse civitatis, cujus nomine contractum, ex bonis communibus civitatis illud solvi debet, & non ex singulorum marsupiiis. Civitas enim obærata potius prædia communia oppignorare & vendere debet, quam subditos onerare. *l. f. C. de vend. reb. civit. Coler. d. l. n. 357. & 369.* Dicuntur quidem bona singulorum etiam universitatis, uti omnia Principis in regno esse dicuntur. per *L. Bene à Zenone. 3. C. de quadrienn. prescript.* sed hoc fit improprie, ne circa unam, eandemque rem plures in solidum constituentur domini, contra *§. singulorum. 11. Inst. de rer. divis. juncta l. 5. §. 15. ff. commod.* Si verò illa bona universitatis non sufficient, vel planè nulla adsint, magistratus indicere collectas tantas poterit, ex quibus illud debitum solvi possit. Vid. *Hartm. Pistor. d. l. n. 6. in f. & Köppen. decis. quest. 60. n. 18.* Fallit verò hæc assertio, si omnes cives consenserint in obligationem singularem, nominaque singuli subscripserint, vel administratores dixerint mandato singulorum civium, se obligare non solum bona civitatis, sed & universorum & singulorum, quo casu singulos excuti, & unum pro toto illo debito arrestari posse nullum dubium est, cum sic quilibet ex proprio contractu conveniatur, & sibi imputare debeat, cur consenserit

in hunc, juxta *Berlich. p. 1. concl. 52. n. 15.* Quod confirmat *Richter. decis. 71. n. 12. add. Hartm. Pistor. d. l. n. 7. & Coler. d. l. n. 372. & seqq.* Casum talem recenset *Köppen. de-
11. cis. quest. 60. n. 16.* Attamen intelligendum hoc saltem de illis, qui contractui adfuerunt, non qui absentes fuerunt, qui nullâ executione sunt molestandi, etsi major pars Civitatis contraxerit, quia hi bona sua possident non ut universi, sed ut singuli, quo casu major pars minori præjudicare nequit, nec sine consensu alterum obligare præcipuè in rebus tam arduis, ubi omnium consensus requiritur, quoniam de omnium civium agitur præjudicio, quod per multas Leges ab *Hartm. Pistor. d. l. n. 11. & Köppen. d. l. n. 22. alleg.* probatur. Non enim hoc casu alicui invito jus suum auferri potest, *L. id quod nostrum. 11 ff. de R. J.* Et aliàs juris esse, notum est, neminem ex contractu alterius obligari, nisi ipse proprium consensum adhibuerit. *l. consensu. 2. ibique Doct. ff. de O. & A. §. si quis alium 3. Inst. de inutil. stipul. l. providendum C. de decurion. l. venditor. 13. §. si constat. 1. verb. neque privato vel publico nomine ff. commun. prædior. vid. Köppen. d. q. 60. n. 4.* Contrarium tamen videtur cum *Bart. ad h. l. statuere Hartm. Pistor. d. l. n. 13. sed corrigit se in seqq. Vid. Coler. d. l. n. 375. & seqq.* cui & nos subscribimus. Qui dicit hanc opinionem esse communem, & fortè plus habere æquitatis, humanitatisque, ne absentibus, & super eo inconsultis civibus generetur præjudicium, cum plures etiam extremæ sortis homines (per vulgatum illud proverbium. *Sapè etiam est Olitor valdè opportuna locutus*) plura videant, & facilius inveniatur, quod à pluribus inquiritur. Sed quicquid sit notum tali casu ipsam civitatem esse obligatam ad restitutionem mutui, eaque ratione illum de facto forsan alicubi detentum contra hanc

hanc regressum instituere posse. Cum etiam circa mo- 13.
dum executionis nil diversi sit statutum sequimur pro-
cessum aliàs constitutum in *L. a. Divo pio 15. ff. de re jud.*
sc. ut primò fiat in mobilia, (2) in immobilia, & (3) in
jura. Si itaque civitas haber bona immobilia, creditori
nomina obtrudere nequit, quia, quod in privatis hic sta-
tutum, etiam in rebus universitatis obtinere probatur
per *l. 8. ff. quod cujusque univ. nom.* Regulariter aliàs exe-
cutio hic primò fieri debet in bona civitatis commu-
nia, vel si hæc defunt, in bona civium, qui contractui
adfuerunt, & subscripserunt, & tandem in bona singulo-
rum civium, uti latè deducit *Köppen. d. q. 60. n. 25.* Al- 14.
terum membrum est, an locus sit exceptioni divisionis,
quæ creditorem in diversas trahit partes, ita, ut unus so-
lummodò solvere necessum non habeat, sed saltem pro
rata parte sui patrimonii? Quod affirmatur; Cum pro
virili tantum parte sint obligati, non in solidum, *arg. l. ii.*
§. 2. ff. de duob. reis. nisi in solidum sese expressè obliga-
verint, quo casu propter expressam dispositionem & vo-
luntatem contrahentium, etiam in solidum tenentur
suam, nec unus solvendo aliàs ratam partem liberatur.
conf. Köppen. d. l. n. 27. & 28. & Hartm. Pistor. d. l. n. 18.
Notandum tamen hoc casu cives indemnes servari de- 15.
bere per Magistratum, vel Senatum loci, ita, ut eos excus-
sos vel alio loco arrestatos ex communi arario liberet,
quocunque modo fieri id possit. Vel vendendo prædio
universitatis, vel imponendo collectas secundum quan-
tatem patrimonii per æs & libram, & non secundum
capita vel numerum personarum. In cujus impositio- 16.
ne hoc notandum venit, à collectis hisce pro ære alieno
præteriti temporis liberos non esse illos, qui noviter in
civitatem habitandi causa venere; utut *Baldus* contra

- sentiatur ad tales collectas pro ære alieno præteriti temporis illos non teneri, qui de novo post mutuam pecuniam acceptam in civitatem sunt recepti. *in l. 1. §. 5. vers. super secundo ff. Quod cuiusque univers.* cum illi tunc representent prædecessores, & faciant eundem populum.
17. Imò quod plus est, forenses etiam ad tales collectas obligantur, qui prædia ibi possident, ubi communis collecta imponitur, uti latius tradit *Coler. proc. Execut. d. l. à n. 380. usque ad n. 386. inclusive. & Köppen. d. l. n. 29. Gratian. disceptat. forens. tom. 1. c. 197. n. 30. & 31.* etsi aliàs regulariter forenses à collectis sint immunes per *l. 18. §. patrimoniorum cum seqq. ff. de muner. & bon. & expressa verba in l. cum neque. 4. C. de incol.* quod quinque modis limitat *Klock. de contribut. c. 13. sect. 1. num. 9. & seqq.*
18. Quæst. 3. Quid si divisâ civitate per factiones, & civilia bella, interim ab una parte mutuum contrahatur, an eadem civitate unita, & in concordiam redacta, ab omnibus illud deberi intelligatur? Quod affirmatur, quia reip. administratione in secessione aliorum civium, qui servant, nec deserunt destinatum sibi locum in civitate, meritò omnia ritè & pro authoritate, ac ut veros magistratus fecisse censendum est. Exemplum hujus casus olim accidit Athenis, ubi cives olim in factiones erant scissi. Pars enim eorum iniquæ cæterorum dominationis pertæsa in Pyræum, ut Exules secesserant; pars altera viribus & factione majores in ipsa urbe permanserant. Inter hæc dissidia factum, ut hi à Lacedæmoniis centum talenta, ad eos obsidendos acceperint, & in civitatem retrahendos, qui exules in Pyræum secesserant. Mox tamen moribus his per Amnestiæ legem compositis supervenere, creditores Lacedæmonii, qui reddi sibi centum talenta per legatos petiere: Indicta est propterea Atheniensi populo

pulo concio, quæsitumque? Quid de ea pecunia fieri 20.
placeret; & à quibus esset exigenda: An ab iis, qui obse-
derant alios; an ab illis, qui obseffi, & hujus mutui, occa-
sione ad salutarem unionem erant compulsi? An verò
ab utrisque, seu ab universo Atheniensium populo? Post-
quam variè hac de re ab utraque parte disputatum fuit,
tandem decretum, ut ab utrisque partibus mutuum hoc
sit solvendum; quod ut rationi juris maximè conveni-
ens, refert *Hahn. in disquisit. polit. cas. 53.* Si enim pere- 21.
grinus jure civitatis alicujus donatus, inque eam rece-
ptus, qui nunquam inquilinus ante extitit, aut civis, te-
nerur tamen ad debita civitatis, jam ante secula forsan
contracta; Multò magis hi exules, qui unum populum
adhuc constituebant, & concives erant, & eo animo non
secesserant, quasi nunquam in civitatem essent reversuri.
Quæst. 4. An compensationis exceptio ex persona civis 22.
cujusdam opponi possit, si civitas, vel singuli convenian-
tur? Quod affirmatur, quia non minus compensando,
quam realiter solvendo tollitur quævis obligatio, ita &
hoc mutuum, modò debitum utrumque pariter sit liqui-
dum, vel brevi tempore liquidari possit. *t. t. ff. & C. de
compensat.* quin liquidum cum illiquido compensari non
potest. *Carpz. l. 2. t. 10. resp. 102. n. 7. & 8. Klock. cons. 136.
n. 52.* nec propter illiquidum debet retardari executio
liquidi, uti *Klock. c. l. n. 33. add. Gratian. in discept. for. t.
1. c. 120. n. 11. & seqq. & tom. 2. c. 224. n. 46. & 47. & tom.
3. c. 515. n. 39.* Imò hodiè per compensationem debitor 23.
ipso jure liberatur, uti *Carpz. d. l. n. 2.* cum tantam sa-
piat æquitatem, ut objici possit etiam adversus instru-
mentum, quod habet executionem paratam, aut came-
rali obligatione est munitum, ut *Carol. de Grassis in tr. de
Exceptionib. except. 16. n. 2. cit. à Caspar. Klock. cons. 136. n. 9.*
Et

Et species sit solutionis. *l. qui debitor. 4. ff. qui pot. in pign.* quia ideò quis compensat, ne solvat, eandemque vim habeat, ut *Carol. de Grass. c. l. n. 11. vult, & Klock. conf. 136. n. 44.* quare à *Cothmanno conf. 57. n. 220. vol. 2.* brevi manu facta solutio dicitur, s. ficta & imaginaria solutio, juxta *Klock. d. l. n. 38.* quæ verò locum non habet, quoties quis non simpliciter de solutione locutus, sed cum adjuncto, si in instrumento dixerit, se velle solvere in pecunia, tunc capitur solutio in stricto significato, & ita compensatio non toleratur, quia vera tunc requiritur solutio, uti notat eleganter *Klock. d. conf. n. 47. & 84.*

24. Quæst. 5. Quod si causa debendi in instrumento omissa, cum revera mutuo data sit pecunia: An ex illo tunc agi
25. possit? Respondetur, quod non per *l. 13. C. de non num. pec. l. 31. ff. de probat. & l. 25. §. f. ff. eod. c. si cautio. 14. x. de fide Instrument.* cum omnis obligatio Chirographaria, debeat continere causam debendi, exceptò cambio, uti
26. *B. D. Brunn. c. 2. decis. 99. n. 3.* habet. Nec tali casu quid operari potest, probatio versionis in utilitatem reipublicæ quod facta sit, cum in instrumento mutui nulla sit facta mentio, in quo ipso tamen probatio versionis re-
27. quiritur. Nec secundò ex hoc instrumento vitioso sc. sine causa debendi, licet probatio versionis facta fuerit, executivè creditor agere potest, quia vitium ex intuitu apparet, unde actio ex illo instituta vitiosa reperitur, ut *Gail. l. 2. obs. 13. n. 9. & obs. 132. n. 5.* Et si incipiat ex tali instrumento quis agere, obstat ipsi exceptio doli, solutumque ex hac obligatione sine causa condicitur. *l. 3. ff. de condict. sine caus. add. Coler. in proc. Execut. p. 3. c. 1. n. 8.* quod confirmat *B. Dn. Brunn. c. 4. decis. 1. per tot.*

28. Quæst. 6. An si cesso hoc instrumento mutui potentio-

tio-

tiori, cessionarius cives nonnullos comprehendere possit, ut maneant in arresto, donec debitum ex mutuo sit solutum? Casus talis esse potest: Civitas Mevio erat obligata ex mutuo, qui ex urbe discedens, illud nomen cessit cuidam potentiori, qui sub prætextu, quod in obligatione singulorum civium bona essent obligata, cives nonnullos comprehendit. Quæritur, an rectè & quomodo hic procedendum? Respondetur primò negando, quia nondum probata erat versio in causam utilem & necessariam facta, quod de essentia hujus actionis est, ut adversus civitatem cum effectu institui possit, & ita adhuc litigiosum debitum, (2) cessum hoc debitum erat potentiori, (3) Quod singulorum civium bona non possint obligari, nisi horum consensu expresso vel tacito, de quo supra *in b. c. quest. 2. n.* Ideoque etiam in tali expresso casu pronunciatum refert, *die viges. secunda Mart. Anno 1645. Dn. Brunn. c. 1. decis. 53.* Mevium ad domum vel per edictum esse citandum, & condemnari debere quod amiserit jus crediti, & civitati civibusque arrestatis teneri restituere omnia damna, insuperque insigni pœna pecuniaria esse afficiendum.

CAP. II. & ultimum.

De

Contrariis & affinibus.

Dictum in prioribus, quid juris sit, si civitas ipsa, vel administratores civitatis mutuum acceperint: Quibus absolutis, ultimo hoc cap. contraria affiniaque paucis tamen delibare lubet. Sciendum itaque si civitas, Ecclesia, aliave universitas mutuò alii cuidam dederit pecuniam, nullo jure speciali, sive prærogativâ gaudere,

re, sed privatorum loco esse, per expressum textum in
l. nihil. 15. ff. ad SCt. Maced. Nam nec fisco speciali ali-
quo jure succurritur, sed privatorum jure contentus esse
cogitur, si pecuniam mutuò dederit, aut fanus exercue-
rit. *l. 8. ff. qui pot. in pign.* Nullibi enim lex hisce in hoc
privilegium præbet, nullibi jus speciale indulget, nec
ratio adest, cur detur, quæ sanè in prioribus maxima
aderat, cum planè non sit eadem ratio mutuum dando
alium sibi obligare, & accipiendo se alii obligare, ut sic
3. ratio prioris conclusionis in totum hic cesset. Nec in
contrarium nobis objici poterit, si quis argumentari
vellet à minore & pupillo, quod hi nec dando mutuum
sint obligati, nisi consumptio subsecuta fuerit: Non e-
nim in omnibus & per omnia æquiparatur respublica
minori & pupillo. *l. 4. C. quib. ex caus. maj. in int. & l. pen.
C. de jure reip.* Alioquin non ex generali clausula: *Si
qua mihi justa causa videbitur*: tanquam major esset re-
stituenda. Deinde non uti pupillo & minori curato-
rem habenti, sic etiam civitati interdictum est admini-
stratione rerum suarum. Civitas etenim habet suos ad-
ministratores hoc casu obligatos, si pecuniam malè col-
locaverint, in quo casu, non uti in priori ad extraordina-
rium scilicet restitutionis in integrum remedium re-
currimus, cum ipsa civitas hic administratorem audita
4. causa excutere possit. Nec (2) huic contraria est *l. f.
C. de vend. reb. civit.* dum vult adhiberi præfectorum
præsidiumque decreta in alienationibus rerum ad civi-
tates pertinentium, quod de rerum immobilium, mobi-
liumque pretiosarum alienatione intelligitur, non de
contractibus, qui re fiunt, uti ipse *textus l. all.* indicat.
5. Nec porrò Civitas habet quid præcipui, si filiofamilias
dederit mutuam pecuniam ob expressam supra *all. l. ni-
bil.*

bil. 15. ff. ad Sct. Maced. quia & hæc debuisset scire ejus
conditionem, cum quo contraxit. *L. Qui cum alio. 19. ff.*
de R. J. Quæstionem hic addere lubet. An Civitas Cre- 6.
ditori invito debitum ante diem solvere possit? Quod
affirmamus, quando dies in gratiam debitoris adjecta,
cui debitor potest renunciare, nunquam creditor in cujus
gratiam non est adjecta. *arg. l. 41. ff. de reb. creditis. l. 137.*
§. 2. ff. de V. O. l. pen. C. de pact. & l. 10. ff. de R. J. Hinc
etiam receptum est, si debitor, uti hic civitas, justo tem-
pore debitum creditori accipere nolenti ritè & realiter
offerat, non teneri de casu fortuito, si postea sine facto
suo pecunia perierit. *l. 17. ff. de peric. & comm. rei vend.*
juxta Sithman. ad Instit. l. 3. t. 15. p. m. 480. Ultimò non 7.
negligendam hic arbitror quæstionem: An in casu ex-
tremæ necessitatis civitas possit cogere unum civem, ut
sibi det mutuò pecuniam sub usuris in R. J. concessis?
Quod affirmamus, obligationem, quam ex ære alieno 8.
contraxit universitas, quæque omnes in universum affi-
cit, inspicientes, & dicimus, cives singulos cogi posse
ad mutuandam pecuniam universitati, quam deinde
imposito universali tributo repetent ab exactore colle-
ctarum, *arg. l. omnes. 12. C. de oper. publ.* Nam Civitas, ut
inquit *Ægidius Thomatus in tr. de muner. patrimonial. s.*
collect. p. 594. urgendo particulares cives ad mutuandum
universitati pertractat negotium, ut scil. liberetur u-
niversitas ab ære alieno, & sic agit rem utilem pro
tota universitate, quia liberare aliquem ab ære alieno
est species acquisitionis, commune concernens com-
modum civitatis, ad quod in causa necessitatis maxi-
mè promovendum quilibet obligatus est, cum & singu-
lis benè sit, si malum propullulans ab universitate aver-
tatur.

I 2

Et

Et hæc sunt, quæ pro more Academico,
penuriam temporis considerans, sufficere ar-
bitratus sum, quæ omnia ut meliorem in par-
tem benevolus Lector interpretari velit sub-
missè peto, & confido, recordans illius *Augu-
stini in dist. 9. c. 10. inf.* talem quemque esse
debere in scriptis aliorum, quales vult esse in-
tellectores suorum. Præterea D. T. O. M. pro
virium huc usque tam clementissimâ conces-
sione grates persolvo immortales, supplex ro-
gitans, ut imposterum omnes conatus meos
ulterius commendatos sibi habeat, & eos in
Sui Divini Nominis gloriam, mei commo-
dum, patriæque emolumentum
dirigat.



CO-

COROLLARIA.

1. Qui cogit aliquem jurare, quem novit pejuraturum homicida est.
2. Evangelia non sedendo, sed stando audire debemus.
3. Consensus parentum jure Canonico in nuptiis est necessarius.
4. Sacerdos neminem nominatim criminis arguere debet.
5. Qui juravit stare mandato alicujus non obligatur, nisi præceperit licita, quod etiam de j. Can. affirm.
6. Eodem jure tempore quadragesimali uxorem nemo ducere aut convivia instituere debet.
7. Propter non adhibitum consensum patris filius exhæredari nequit.
8. Filiusfamilias de peculio adventitio extraordinario testari nequit, quamvis proprio jure illud habeat.
9. Matrimonium ad morganaticam contractum est verum matrimonium.

Im

758
Noster Sala tibi Themidos suprema brabeia
promerito confert doctâ plaudente catervâ.
Apprecor ut patriis possis sic fulgere terris,
Ecce Tibi magni nunc panditur orbita fati.

*Clarissimo DNO. DOCTORANDO amicâ m. & m.
animitus gratulat.*

**Johann-Volk. Bechmann/ D.
& PRÆSES.**

In Studiis ardor meritò laudandus ab omni,
Hic Themidis Gnatis clara brabeia pa-
rit.

Hicq; Viros doctos nunquam non evehit o-
mnes,

Divitias multas præparat hisce suis.

Hic tandem jungit Sparta Sponsaq; liga-
men;

Ornat virtutes; hisce coronat opus.

Hic Tibi mi Fauctor portas pandebat honoris,

Quo Doctorandi nomen habere queas:

Omnia quò tandem succedant corde precabor

Queis Votis Numen pondus inesse velit.


Hisce Clarissimo Dn. Doctorando HOYER,
Contubernali atque Amico suo longè
æstimatissimo gratulabundus applau-
dit

**Johannes Casparus Reichman/
LL. Stud.**




ULB Halle
005 132 452


3



Handwritten signature or initials







Farbkarte #13

B.I.G.



Pr. 39. Num. 22. 25.

1677, 2^a

2

VA DIRIGENTE.

O INAUGURALIS,

De

ATIS EX

OBLIGATIONE

ad

II. D. de Reb. Credit.

QVAM
E C R E T O

inis in Illustri hac SALANA

PRÆSIDIO

NSULTISSIMI atq̄ EXCELLENTISSIMI

OLK. *Bechmann/*

ern-*Gröbra/* Jcti & An-

nsiliarii Saxonici splendidissimi,

tis Juridicæ & Scabinatus Assessoris

gravissimi,

toris sui maxime devenerandi,

ICENTIA

ores, Privilegia & Insignia Doctoralia

nniter consequendi

rum discussioni submitte

LBERT HOYER,

a Guestphalus,

Anno M DC LXXVII.

te & pomeridianis.

E N Æ,

ERTHERI, Typographi Ducalis.

